

quippe cum superstitione quadam colligendum, veterum reperio fuisse opinionem. *Aelianus.* lib. ix. Animal. cap. XXXII. Τοτκόμαρος, ἐπον ὅστις ἔργον τρυχῆν εὐτε τοιούτην μὲν χάρσην καὶ τοσούτην πέντε μίλια, οὐ μέντος τούτην οὐδὲ φερίζειν ἐπονταν. αἰδά τούτων τὸν διονυσίον τοῦ ποδοῦ τὴν ἔπειρον περιβάλλεται τῷ ποδῷ. τὸ δὲ ιλυπτόμενον πόπον τοι τοιούτην αὐτοῖς καὶ ιστοτελῶν ἔργοντα τὸν διονυσόν αὐθαστον. εἰ δὲ μὲν τάντη περιποτάσσει τοιούτος ἔργον οἱ ιπέται (Alt. οἴται) καλῶς καὶ οὐκέτι λιποτελον. (Ιλεον Alt.) θεοποτάσσει οὐδὲ φίγαρον. Interpres. *Hyscyamon* Εόπον collecturi circumfodunt, ita ut commoveant luxuriantque radices, non suis tamen ipsi manibus evellunt, sed volucrem aliquem altero cruce alligant herbe, quam illa deinde irrequieto motu suo evellit. utraque autem uisus est ad remedia homini adversus volvulum, præsertim si quis sic eruendum curavit, sive aliunde accepit. nisi hoc modo eruantur periculum esse putant.

Non imprudenter Strychius conjunxit tithymalos. Non diffiteor, facie, nec non natura longè diversa esse: Idcirco tamen novum non auspiciandum caput. In memoriam revocare oportet, quod supra capite decimo dixit, se acturum de iis, quæ succo, foliis, fructu, radice usum præstant. Horum continuat historiam, eamque absolvit hoc capite, concluditque verbis, quæ paulo infra habentur. Ταῦτα μὲν τοῖς πούλαις, καὶ τοῖς ὄνοις, καὶ τοῖς κρεποῖς γραπτα. Tithymalorum fructum, folia, & succum magni in medicina usus quandam fuisse, nemo inficias ibit, qui de limine rei Botanicam salutarit.

Τιθύμαλον, vel πούλαιον gemino. nomen acceptipit a lacteo succo, quo hujus species omnes turgent: Uno Nicandri versiculo, in Theriaca, etymon hoc probari potest.

Σαρμάφύχη, κύπεον περι ινγλαγία θυμαλίδας,  
Sumpfushi, cytisumque & lactosas thymalidae.

Vetus interpres, Εὐγλαζεῖς ἃ αὐτὸς Φοστον, αὐτὸν πολὺς ἰχνώσας, ἢ γαλακτίδεις, ηγεννηθεὶς τὸν γάλα. *Euglænas* dixit, quod multo scatent succo, vel lactosæ sunt, sive quod abundant repletæque sint latæ. *Suidas* γαλαζεῖς. γαλα ἐγλαζεῖς αὐτὸν & λαγάν. Tithymalum, vel per diptongum πούλαιον, non inepte quis interpretabitur mammam, sive papillam uberis exitiosam, sive virosam. *Suidas*. Τιτοῖς εἰ μαστοῖς ἢ τοῖς μαστοῖς τὸ ἀντρό. Mammae vel exarum partes summae: Μαλλον *Eustachius* exitiosum significare docet, Latinis lactaria & lactuca caprina dicuntur. *Plinius.* lib. XXVI. cap. VIII. Tithymalum nostræ herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam: narrante lacte ejus inscripto corpore, cum inaruerit, scinis interspergatur, aparere litteras, & ita quidam adulteras alloquuntur, quam codicillis. Caprinam dictam volunt lactucam, quod ex hac herba, non secus ac ex lactuca secta, lac fluat. Addunt caprinam, quod capræ tithymalis vescantur. Qui velit, credit; *Columella* & *Celsus* latinis lactucam marinam vocatum fuisse docent. *Columella:* lib. VI. cap. XV. Item si vomer cyrus sauciari, marina lactuca, quam Græci πούλαιον vocant, admisto sale imponitur. *Celsus* lib. V. cap. VII. In quo doceat quæ corpus exedant. Galla, alumen, lac caprisici, vel lactuca marine, que tithymalos à Græcis nominatur, alcyonium, &c. Marina lactuca, quod locis asperis, montosis, mari vicinis plurimum nascatur, ac sæpius reperiatur. Docti quidam botanici Celsum, ac Columellam tithymalum paralium intelligere hoc loco existimant, quod mihi non sit probabile. Scripsisset enim uterque, lactuca marina, quam Græci πούλαιον πούλαιον vocant; insuper, non solum paralii tithymali lac corpus exedit, sed id præstat omnium tithymalorum succus. Tria Theophrastus recenset genera. Nicandri Scholia stes tria quoque genera scribit esse, ex auctoritate Mictionis, οἱ δὲ Μίκτοις εἰ τὸ μὲν μετονομασθεῖσα πούλαιον φασι τείνειν τοιούτοις καρποῖς, &c. *Dioscorides*, vero *Plinius*, & ceteri recensores septem, quorum historiam hoc capite examinabo: ac quidem à paralio principio ducto, de hoc enim primo loco egit præceptor. Παραλιον dici, quod in maritimis nascentur, in dubium nemo facile vocabit. κάκκον vocatum scribit, quod caput orbiculatum in cacumine habeat, in quo semen ervi simile. *Coccus* fructus orbiculatus, rotundus est. Nicandri Scholia stes, πούλαιον vocari auctor est, & reiter inquit, πούλαιον, *Dioscorides* loco citato οἱ πούλαιον λαγάνη, πούλαιον οἱ ινατούμαλαι πούλαιον. *Plinius* lib. XXVI. cap. VIII. Tertium

genus tithymali paralius vocatur sive tithymalis. Idem Apulejus, ex quibus existimo Scholia stes scripsisse, τὰ τετάρτα πούλαια. *Dioscorides* meona appellari scribit paralium, quod capitulum orbiculatum papaveris modo ferat; vel quod lac, papaveris instar, emittat. folio paralium Theophrastus esse rotundo, *Dioscorides* oblongo & ad lini accedere formam, inquit. Theophrastus fructu candido inquit; *Dioscorides* capitulum ferre orbiculatum, semen orobo simile, varium, florem album. Theophrasti opinionem defendit *Plinius* hoc capite citato, ubi ea quæ Theophrastus de paralio tithymalo tradit, ad verbum recenset. Duxi hoc capite; quia lib. XX. cap. IX. quæ à *Dioscoride* tribuuntur huic paralio, ille ascribit papaveri, ejusque tertium genus facit. Credo quod μέντα *Dioscorides* vocari scribat, lib. IV. cap. CXXXVI. ubi sic inquit, Tertium genus tithymali dicitur paralias, quem tithymalida aut meona aliqui appellavere. Sic *Plinius*, lib. XXVI. cap. VIII. Tertium genus tithymali paralius vocatur, sive tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo, quod colligitur incipiente uva, & siccatum teretur, sumiturque acetabuli mensura ad purgationes. Incipiente inquit uva. Theophrastus Οταν αὖτε περιέλθει τοφόν, cum uva variare incipit. Minus recte Doctiss. *Gaza* nigrescere. Supra lib. III. περιέλθοντο βότρυον docuimus interpretandum esse, variante uva; id est, cum maturescere incipit. Paralium tithymalum his fere verbis descripsit *Dioscorides*: Φύεται καὶ πούλαιον πούλαιον, κλάνεται δὲ τοῖς πούλαιον στροφόν, τοιούτοις μικροῖς, παντούτοις, πούλαιον λίνο, πιφαλήν δὲ τοῖς πούλαιον στροφέν (vetus addit πυκνή, quoniamodo etiam *Lacuna*, & *Oribasius* legunt) καὶ πούλαιον στροφέν πούλαιον. μέτη λευκό. δέλτα οὐδὲ πούλαιον, τοῖς πούλαιον μικροῖς. Νασcitur in maritimis, ramis palmum altis, erectis, subrubentibus, quinis, seniue à radice excurrentibus: circa quos folia serie quadam digesta, eaque parva, quadrangulus angusta, oblonga, & lini foliis similia, capite in cacumine orbiculata, in quo semen, ervi simile, varium, flores albi. frutex totus cum radice lacteo succo turget. Maritimo tithymalo caulinis quini seniue erecti assurgunt cubitales,

### Tithymalus paralius.



tenues, dilute rubentes, tactui glutinosi, quos multas, parva, angusta, oblonga vestiunt foliola, instar lini sed densiora & latiora, è candore subnigra, alypi terribilis paria & similia: flosculis conspicitur ex herbaceo luteolis,

largeolis, in summis pediculis circinata foliola media trajicientibus, sive umbellam efformantibus, & semen edentibus tricocci, chameleæ, aut latyridis non dissimile, minus & coactius, intus medulloso tria grana sunt, heliotropii tricocci, cineritii coloris, radice simplici prolixa, lignosa. Maritima loca amat, ac non modò in Italiæ aut Hispaniæ, sed & in Bataviæ, Zelandiæque locis incultis, aridis, præaltis, subinde nascitur. Variat is qui in maritimis narus est ab hortensi. Quippe qui luxuriantibus caulinis, & in longitudinem excrescentibus, rarioribus efficitur foliis. Dioscrides. & Theophrastum conciliabimus, si dicamus Theophrastum attendisse ad foliola, quæ umbellam ambiunt; Dioscrides, quæ caulinum cingunt. Semen fert albicans, sive cinereum, in quo maculae subnigrae apparent. Neglexit hoc Theophrastus, observavit Dioscrides.

Alterum tithymalum marem vocat. Nicandri Scholastæ καλαῖθαι ἐπὶ τῷ περιφέρειαν ἔργον, τὸν πόνον ἐπίστοι, ἵνα ἐπιμηκεῖται πάθος ἱερότερον. Primum genus mas vocatur, ab aliis verò cōbion, fruticulus est ramulis rubris. Dioscrides loco citato. Καλαῖθαι vocari testatur, ὃ μήρη χαρακιας καλαῖθαι, τὸν ἐπίστοι πόνον, ἐπίτηδειαν ἐπίστοι διουργίαται. Quorum masculus characias, quasi vallaris, ab aliquibus comates, amigdaloides, aut cōbion vocatur. Apud Apulejum non καλαῖθαι, sed gobios legitur. Tithymali species septem; quarum alia masculus sive characias appellatur vel cometes, aut amigdaloides, atque gobios helioscopos, meconitis, alypis. Latini baltheum, latetum Marinam. καλαῖθαι, sive gobium dictum volunt, à piscis καλαῖθαι gobii quadam similitudine. Sed quam similitudinem cum gobio habeat, ignorare me fateor. Amigdaloides dicitur, quod folia, oleæ longiora, amigdalum referant. Characias quod vallis & septis muniendis apta sit. Eadem etiam baltheum, id est, circumstora vocatur, à Græcis recentioribus. Radix γαλαῖθαι, planta ipsa ἀκύπερος appellatur. Neophytus ποδύματος καρακιας ἴδει. καὶ ἀκύπερος λίγων τὸ φλοιὸν τῆς μήρης καλαῖθαι. Διὶ γάρ τοντοι μετὰ τὸ πανθήναιον καλαῖθαι ἀλλοτε, βρίσκεται ἕστε δριποῦ οὐ περιπλανᾶσθαι σε σκιᾷ, καὶ τὸν δαστιθεσθαι εἰς αἰραδοὺς καὶ πόστοις τόποις καὶ σε καλαῖθαι. Tithymalum characiæ, quem οχύπορον vocant, dicunt esse corticem radicis lactariae. hunc oportet, aceto forti macerare, secare dein in umbra, postea reponere in loco transpirabili ac umbroso, ac quando tempus postulat, uti. Vetus lexicon ποδύματος καρακιας, τὸ ἀκύπερον. Οκύποροι dicuntur omnia, quæ aut ex acero sumuntur, aut in eo servantur. Tithymalum hunc Theophrastus folium oleæ simile habere tradit, plantamque esse bicubitalem. Dioscrides loco citato. Τοῦ ἐπί καρακιας καλαῖθαιοι μητροὶ αἱτεῖται πάντοι, ἀνευθεῖς, ἐποῦ δριπεῖται εἰς λαυρὺ μητροῖς. Φύλλα δὲ καὶ τοῖς πατέροις ὄμοιοι ἡλιαις μακροφύτεαι ἐπὶ τοῦ περιφέρειαν. μήρα αἴρεται καὶ ἐνδιάδειν. εἰς ἀκραῖα ἐπὶ τοῦ καυδῶν κέρατον σχοινοῦνται πατέροις, καὶ εἰς αὐτοὺς πετόνται ὄμοιοι πεδίονται, εἰς εἰς ἐπεξειδεῖσθαι. Φύται εἰς τραχίαν καὶ ὄρεον τόποις. Porrho characia caules supra cubiti altitudinem attolluntur rubræ, acri lacteo succo referti, folia circa ramulos oleaginosæ similia, sed longiora & angustiora, radix crassa, lignosæque; in caulinum cacuminibus coma junci, similiū virgultorum, sub quibus cava quedam petivibus aut alveolis similia, ac in iis semen. Nascitur in asperis, montosis. Plinius loco citato. Primus cognominatur characias, qui & masculus existimatur, ramis digitali crassitudine, rubris, rugosis quinque aut sex, cubitali longitudine, à radice foliis pendulis, in cacuminibus coma junci. Nascitur in asperis maritimis. Dioscrides caules supra cubiti altitudinem attollit. Plinius digitali crassitudine, longitudine cubitali inquit, bicubitali Theophrastus. Dioscrides, Plinius, & Theophrastum, ut conciliaret Theodorus, legit ποδύματος, cubitale, sed Theophrastus non ramorum, ut Dioscrides & Plinius, at totius plantæ altitudinem demeritum. Ramos hos rugosos inquit Plinius. Sed codex depravarus est, ex altero Salmanticensi codice, constat succosos legendum esse, quam lectionem probat Dioscrides, cum lacteo acrique succo plenos scribit. Theophrastus oleæ folio masculum inquit. Idem Dioscrides nisi quod longius & angustius dicat. Plinius à radice foliis pendulis, in cacuminibus, coma junci scribit. Quæ satis corrupta sunt. scribendum; à radice foliis pene oleæ, (quod verum, nam quæ cacumine sunt oleam non referunt) in caulinum cacuminibus coma junci. Hanc lectionem verba citata Dioscridis probant, confirmantque. Dioscrides fo-

lum natale masculi tithymali montosum, & asperum inquit. Plinius in asperis maritimis provenire auctor est. Tithymali masculi sive characias plura obseruant genera. De quibus Phytopynacem Bauhini consular lector. Nobis de duobus egisse sufficerit, quod botanici ad masculi descriptionem haec quam proxime accedere autuant. Primus qui masculus Theophrasti putatur, caules à radice emitiri, cubiti magnitudine rotundos, & rubentes, foliis circumvestitos tenuibus, oblongis, angustisque, & longioribus quidem, majoribus quam oleæ, at amygdalinis angustioribus. Medius inter quos alius exurgit bicubitalis, foliis viduus caulis: sine foliis, eorum tamen quæ defluxerunt vestigia servans. Coma cuius in cacumine larga, ampla, & junci aromatici ferè modo diffusa, quæ concava quedam sursum spectantia profert, vasculis sive acetabulis similia, & quibus floreculi sublutei, dein triquetra exent capitula parva, in quibus semina, radix dura fibrosa. Alter à Mathiolo, Monspeliensibus, aliisque pro vero masculo sive characia habetur. Huic, ut plurimum caulis singularis, interdum tamen plures emitentes cubitales, & bicubitales, rubente cortice recti, minimi digiti crassitudinem æquantes, ceterorum tithymalorum ritu infinita parte glabri, foliorum duntat taxat vestigiis insigniti, veluti insecti ac vulnérati essent, quales illi Dioscridis lib. IV, cap. LXXXIX. sed tribuit (de quo cap. ult. lib. VI. egi) superna vero f. lili viridibus, duris, levibus, majoribus quidem, longioribusque quam oleæ folia, minoribus tamen quam amygdala, ornati, dein in plures junceos, & firmos ramulos, umbellæ in modum divisi, quos cingunt veluti acetabula, aut caveolæ, foliis balinearum similes, & in his flos Maij Iunioque mensibus non subluteus, aur pallidus, quemadmodum in aliis; sed niger: postea fructus circinata foliola trajiciens, tricoccus, in quo semen per maturitatem exiliens, reliquarum lactariarum seminis instar. Radix dura & lignosa, uterque montosis asperisque reperitur locis. Masculi succum lacteum tempore vindemiae extrahi scribit Theophrastus. Dioscrides non tantum eliciunt tempus, sed etiam modum docet. Ομίζεται ἐπὶ τῷ πόνῳ περιγραφή, circa triticis messem, εἰς quovis tithymalo succus exprimitur. (quod Theophrasti locus hic, præter veritatem esse ostendit) Κυρακθεών τὸν πόνον εἰς δαστιθεσθαι, ήγικελλεῖται (sic, inquit Saracenus, legerunt plerique interpretes, at ego malim ήγικελλεῖται, quomodo etiam Serapio videtur leguisse, enimvero ramulos in fascem collectos, sectosque in vale declives collocari oportet, quo facilius lacteus succus in vas ipsum confluat) ἐπὶ δύο δὲ τοις ἀπόστολοις. Ποιοὶ ἐπιβίον ἀλευρον μηνίτες Κυρακθεών τὸν πόνον περιγράφουσι. Θεοφραστος ποτίστηται σύντομος πόνος γενετος ηδονεστερος δαστιθεσθαι, εἰς τὸ ἀπίζεται εἰς δύο πόνους ἀπορος λοσαδεῖς, δυδι πόνος χειρας ηγεται τοις ἀφθαλίσσονται. Αλλα τοις Εἰς ἀπίζεται τοις τοις διδοθείσι ταῦται τοις πάνταις ηδονεστερος, ηδονεστερος. Circa vindemiam succus is congestis ramulis, mox dissettis, & in vas inclinatis, excipiatur; Aliqui adjecta eris farina, pastillos ex eo singunt, qui erit magnitudinem impletant; Alii in ficos quæ exsiccantur, ternas, quaternaque guttas instillant, ut cum iis inarescant, ejusmodi sicut siccus ad usum recondunt; Sed & per se tritus in pila, cogitur in pastillos, atque reponitur. Porro qui succum colligit, minime obversum vento stare, aut oculis manus admoveere oportet, quinquo antequam operi sese accingat, corpus praesertimque faciem, collum, scrotumque adipe, aut oleo cum vino perungere. Plinius loco citato. Legitur semen autumno cum coma: siccatum sole, tunditur & reponitur. Succus vero incipiente pomorum lanugine (vindemiarum tempore Dioscrides & Theophrastus, Auctor, sive is Sestius, Niger, Cratevas, aut aliis fuerit, ex quo haec Plinius, tempus intellexit, quo μῆλα, hoc est cotonea, lanuginola esse incipiunt. Id est apud nos mensis Augustus & September) defractis ramulis excipiatur farina eris aut ficsis, ut cum iis arescat. Quinas autem guttas singulis excipi satis est, traduntque etiam toutes purgari Hydroscopicos siccus sumpta quorū guttas lactis excepit. Succus cum colligitur, ne attingat oculos, cavenundum est. Haec tenus Plinius. Succum hunc purgare per inferiora tradit Theophrastus: recte magis addit Dioscrides, sed cum posca, bilem per superiora expellere, idem auctor. Δόγματος ἐπὶ τοῦ ὄπης κελεψην τὸ κύπελλον κρίπεις, ἣντα φέρουμεν καὶ κολπον ὁστολαβότα παραστατεῖται.

*μύρτος μετ' ὀλυμπίτος.* οὐδὲ μεγάτη ἡ τῆς μύρτου καρπός. Succus lacteus per alvum putitam bilemque trahit, obolis binis in posca sumptis, at cum aqua multa vomitiones etiam moveat. Succus hic non per se sed cum melle, ceraque assumi debet quod fauces exasperet. Dioscorides loco citato. Τραχύαι τὸν τῷ φάρνεσσα ὄβην δῆλον πέπτοντα σάκανταντινόν καρπὸν τὸ μεῖναν ἐφθάνει τὴν αὐτοῦ διδύμην. ισχεῖσι πίνεται δέοντα τοῦτο τοῦτον, αυτηγενεῖς λιονταρίας τὸν εξαπτεῖ. Quoniam vero fauces idem exasperat, catapotia que ex eo concinantur cera, aut decocto melle obliniti, atque ita dari par est. caricas vero binas aut ternas, solvendi alvi gratia sumpsisse satis est. Sufficere crediderim facile, immo modum excedere, si quod Plinius ait, verum est, qui quot guttas ficus sumplerit, tot sedes mouere ægro, refert. addit singulas caricas quinque excipere, si tres ergo dentur, quindecim sedes habebit æger.

O dicitur Myrtites cur dicatur, ex ipso facile colligi potest Theophrasto; quod folia ferat myrtle similia, sed summa parte aculeata. Hoc genus Nicantri Icoiates, μυρτίνη vocatum scribit. τὸ δὲ δύτερην μυρτίνην, fortassis μυρτίνην scribendum, sed vulgata lectio tolerari potest. δύτερον recentioribus dictus. Apulejus alia fæmina quam myrtiten vel carijiten aut myrsiniten appellant, Romani mutilaginem caprariam. Dioscorides δὲ τὸν θηλατὸν ἐν τοιούτῳ μυρτίνῃ τὸν παρόνταν ιατροφερῆς τῷ διαφορεσθεῖ τὸ φύσιν. fæmina, quam myrsiniten aut carijiten vocarunt, similis suæ naturæ daphnoidi. Duo in his verbis notanda. Primum quod carijiten vocari ait. Idem Apulejus, idem Plinius. Alterum genus titlymali myrsiniten (in altero codice myrtiten utraque lectio tolerabilis, quippe prima Dioscoridis, altera Theophrasti nittitur auctoritate) vocant, alii carysten. Theophrastus vero non ipsam plantam, sed fructum sic dici auctor est. Οὐ δὲ καρπὸς αὐτὸν καλῶτε καρπὸν fructus ejus nux appellatur. Si nomen hoc accepit à nucis quadam similitudine, ut mox dicetur, fieri facile potest, antiquissimos Græcos hujus fructum καρπὸν vocasse, indeque recentiores postea, plantam ipsam μυρτίνην vocasse. Πρωτομή τὸ διαφορεσθεῖ τὸ φύσιν. Marcellus interpres Dioscoridis doctissimus in antiquissimo codice scriptum referit τὸ διαφορεσθεῖ τὸ φύσιν, & τὸ δύτερον λιονταρίον. Laureola quam daphnoides vocant, gustu similis, colore albicante. Hanc lectioem rejiciendam, non arbitror. quippe cum ea & Oribasi & Theophrasti auctoritate muniantur. Oribasius scripsisse videtur, οὐτομφερῆς διαφορεσθεῖ, τὸ τῇ φύσι λιονταρίον. Fæmina similis daphnoidi est, suæque naturæ alba est. Tithymalum hunc album esse satis aperte Theophrastus docet. Οὐ δὲ μυρτίνη καλούμενον παθύματο λιονταρίον. Foliis myrti inquit esse, verum parte summa aculeatis. Dioscorides τοιούτην φύσιν δύο μοιον ιχεῖς μυρτίνην, μελίσσαν. τὸν τοσαῦτα, αὐτὸν δέξαντε καρπὸν ἀγαθωδέν. Foliis myrti sed majoribus ac firmis, in summitate crinitis atque etiam aculeatis. Plinius loco citato. Foliis myrti acutis & pungentibus, sed mollioribus, nascitur in asperis. Molliora myrtitis, inquit, sed pungentibus. Parum hoc verisimile. Leggo ex Dioscoride cum doctiss. viris majoribus. Nasci in asperis inquit, Id etiam refert Dioscorides. Εἰ τοιούτοις τὸ καρπόν εἴδετο φύσιν. Montana loca amare Theophrastus ait. Idem farmenta in terram demittere sribit, palmi longitudine, quæ non simul, sed alternatis annis fructificant, &c. Et hoc apud Dioscoridem legitur. Κλίμαστον δὲ τὸν φίλην ποθεματικὰ ἀφίσιν, τὸ τοιούτοις φίλην ποτὲ οὐταντον μερίνα δύο μοιον (in antiquo cod. legit Lacuna. καρπὸν Al. καρπὸν). vulgata lectio veritati est proxima) ἡ συχῆ, διάκρινη τὸν γλάσσων. vertunt farmenta mittit ab radice dodrantalia, fructumque profert alternis annis, nuci similem, qui quidem leniter linguam mordet. Plinius loco citato. Fructus non pariter maturoscit, sed pars anno sequente, & nux vocatur, unde cognomen Græci dedere. Hæreō an satis mentem exprimat Theophrasti qui farmenta per terram spargi ait, palmi longitudine, eaque non simul ferre fructum, sed annua temporum vicissitudine, alia quidem hoc anno, alia vero sequenti. Idem Dioscorides vult, cum inquit, φίλην ποτὲ οὐταντον. Viticulas à radice mittit dodrantalia, annum fructum invicem alternantes. Non enim vult plantam alternis annis fructum ferre. Sed farmenta quæ hoc anno sterilia, sequenti fructifera esse, & contraria quæ hoc anno fructifera, proximo sterilia. Et hoc Theophrastus explicat, cum ait, τὰ μέρη τοῦ τοιούτου λιονταρίου. dicitur. Botanici Pena, & Lobelius pro tithymalo myrti folio Dioscoridis ostendunt plantam, cuius iconem addidimus, facie paralio proxima, sed breviori-

bus pedalibus, pinguioribus, caulinis hand erectis, sed humi plurima parte reptantibus, quos folia prorsum chameleæ latiora, myrti vel rusci acuto & pungente nonnihil cacumine crebra stipant, ut paralium,

### Tithymalus myrtifolius.



sed lævia & candida, & in summo magis sparsa, sed majoris, aut laureolæ ambitu. E quo trans folia concava & umbilicata, disparantur quaterni, aut quini pediculi. Junio & Julio, flores luteos, herbaceos, pufillos, muscosos gestant, & semina triquerra Augusto matrarent, paralii majora, quæ itidem tribus compacta lateribus, in tricarinæ valvulas dehiscunt, singulas singulum granum, teres, oblongum, fuscum, medulla alba,

### Tithymalus Myrsinites.



aci, non ingrata. Angliae, Belgiae, Franciae horti hunc sibi alunt, nec alibi natum se vidisse fatentur Pena & Lobelius. Hujus duo observarunt recentiores genera, latifolium & tenuifolium. Augustifolium myrsinites

fructis in thalibus à Cesalpino vocatur, & tithymali myrsinæ Dioscoridis nomine ab adversariorum auctoribus ostenditur. Adscribendum videtur, quod refert Doctiss. Saracenus. Porro nisi ab oculato teste, & si digne compatre mo Stephano, duplex intellectissimum caccum Orientalem, ex quo erito, addico caseo, illicia capitulis pisiibus apta parantur à multis, sat proceræ arboris fructum esse, conficerem tithymali myrsinæ fructum, de quo agitur. nam & ea bacca nuci Ponticæ similiis quodammodo est, quamvis laurina bacce propior, & pisces in vertiginem agat, tandemque necat. quam tithymalis effetum, præter Dioscoridem, Galenus etiam tribuit. Miror hæc virum doctiss. scribere, cum Dioscorides solum plathyphillum hac facultate pollere scribat; nec hoc tantum, sed reliquos hoc non præstare addat. Quonodo itaque è myrti folio colligi possit fructus hic, non video. Colligitur, inquit præceptor, fructus myrti soli cum hordeum turgescit. Idem fere Plinius loco citato. Demetitur cum messum maturitate, lavaturque, dein siccatur, & datur cum papaveris nigri parsibus duabus, ita ut sit torum acetabuli modus. minus hic vomitionibus, quam superioris, ceteri item. Hoc habet ex Dioscoride, οὐρανὸς ἡ ζειρὰ ὁ ἄπος, οὐράνιος καὶ οὐρανός, οὐράνιος περὶ αὐτῆς (addit Oribasius καὶ δύοτε), & eodem modo reponunt, refert Lacuna se verba hæc in veteri reperiisse codice) εἰανώτηρες οὐρανῷ τοι ἵκενθε τούτη ιδία. Succus lacteus, radix, semen & folia confimilem ante dicto fortiusq[ue]runt facultatem, sed ille ad cunctas vomitives, hoc ipso efficacior aliqui sic & folium ejus dedere, nucem vero ipsam in mulso ante passo vel cum sesama, trahit bilem & pituitam per alvum. Et hæc de tribus tithymali generibus, quorum mecanit Theophrastus, reliquorum, ex Dioscoride, historiam subiungemus.

Quartus tithymalus helioscopius dicitur, quod coma cum sole circumagatur, uti Dioscorides ait. apud quām hæc de helioscopio leguntur. Οὐρανοπότερον ἀνδράχη ὄμοια φύλακα ἔχει, λεπτότερος δὲ & σφιγγίστερος καὶ λεπτός δὲ ἀφίσιος δέσμος τῶν μίζων δὲ & τοῦ απιθανατίου λεπτούς καὶ ἐρυθρούς, δέσμοις λεπτοῖς πολλαῖς, καφαδλοῖς ἀποδοικήσεις, καὶ ὁ καρπός δὲ ὀψιες σὲ κεφαλίος. Συμπέστερος δὲ τούτης ἡ καρπὸς τῇ θεοῖς καλοῖς. δέσμοις δὲ ἀνόμοιος ἀνδράχη. σὲ ἑρεπιστούς δὲ καρπός καὶ μαρτιστούς. Καλοίσται δὲ ὁ δέσμος καὶ καρπός αὐτοῦ ἐπειδὴ ἄλλοι. Qui Helioscopius dicitur foliis est portulaceæ, attamen tenuioribus, rotundioribusque, ramulis ab radice quaternis aut quinis, dodrantali altitudine, tenuibus ac rubentibus,

lacteis succi copiosi plenis, capite anerbi, semine velut imo capitula locato. Comam cum sole circumagit, id quoque Helioscopis nomen accepit, ceteram in ruderibus porissimum, ac circa oppida nascitur. colligitur semen succusque ut & aliorum. Notandum in vulgatis codicibus cōtra parvitas legi, cum in vetustis codicibus scriptum sit cōtra φύλλα inter folia. Quam lectionem Apulejus & Oribasius confirmant. Semine, inquit Apulejus, velut in solis. Docet autopsia, Tithymali hoc genus inter folia duo florem ac fructum proferre. Plinius loco citato: Quartum genus Helioscopion appellant, solis portulaceæ, ramulis stantibus, à radice quatuor aut quinque rubentibus semipedali altitudine succi plenis. Hoc circa oppida nascitur, semine albo, columbis gratissimo, quod colligitur incipiente uva. Nomen accepit quoniam capita cum sole circumagit. Semē columbis gratissimum, inquit Plinius. Hac credo de causa & à seminis figura latini cicer columbinum dixerunt. Apuleius quarta Helioscopios dendritis tithymalis, latine cicer columbinum & caprago dicitur. Tithymalus solsequius quaternis aut quinis, teretibus, tenuibus, dodrantibus, non nihil rubentibus assurgit caulinis, ampla laxaque umbella comosis. Folia habent paucā, latiuscula, ambitu nonnihil crenata, breviora, minora, minus crassa quam portulaceæ sativæ. Flosculos ex luteo in pallidum languentes, inque umbellam collectos; semen non diversum. Sed Narbone, ubi maturerit, plene adeo spiritu vido turgent, uti soli reliquum, quasi se motaret, exiliat, mediumque creper, pueris raro spectaculo est, quemadmodum thamarisci semen. Folii ludit, alias enim crenatis, sed non usque ad caulem: alias non crenatis & rotundioribus, caule leviter hirsuto constat.

Quintum genus cyparissias dicitur, propter foliorum, ut Plinius ait, similitudinem, quæ tamen Dioscorides piceæ comparat, & inde nomen contraxisse ait, quod mirandum. Siquidem picea, & cyparissus foliis, figura, formaque diversis constant. Οὐλοὶ κυπαρισσιας, inquit, κυνὸς ψεύτης μὲν αἰνοις Στιβανίας, οὐ δὲ μεζονα, τεσσεράκοτες οὐδὲ βεβλατηκει τὰ φύλα τοῖς τῆς πίτος οὔμοια, τευφελώτερος μὲν τοις εἰ λεπτότερος, καὶ τεθύλιος τοις πιτούις αρπαγησθει δέσμοις. Cyparissias caulem profert dodrantalem, aut etiam altiore, subruberum: ex quo folia pinii similitudine pullulant, molliora tamen, tenuioraque, atque in totum nuper nascentem pinum emulatur, unde & cognomen traxit. Plinius loco citato. Quintum cyparissiam vocant propter foliorum similitudinem, caule gemino, aut

## Tithymallus helioscopius.



## Tithymallus Capressias.



*triplici nascentem in campestribus.* Folia huic sunt oblonga, sed perangusta, & quam ebulæ minoris angustiora, satis ad piceæ accendentia, molliora tamen ac tenuiora, caulinæ densi, selsqui palmares, rubentes, qui se ferunt in ramulos plures effundunt, in quorum medio umbella, cum acetabulis purpurascientibus, flosculis luteis, seminibusque perpusillis: radix fibrosa, colitus in hortis. Hujus & species quædam minor reperitur, palmum alta, tenuibus caulinis, angustissimis, & oblongis foliolis, umbella exigua, flosculis luteolis, seminibusque minutis. vulgo ebulam minimam Tragi vocant. Horto nostro satis familiaris & amica. Cyparissias nomen accepisse videtur, quod positu, ortu, effigie æquabili, circinatoque habitu cupressum referat.

Sextum genus dendroides vocatur, quod arboris imitetur naturam. Plinio non genus sextum, sed septimum est, & ab aliis cobion, ab aliis vetro leptophyllum vocari ait. Dioscorides loco citato. 'Ο δι ει της περιεστούσας θεραπειδής οὐ καλούμενος, αιμφιλαφός στρωθεὶς πολύκρημος, ὃντι μεγάλος, ιστέουθεος τούς καλόδους (alt. καυλούς) τοῖς οὖς τὰ φύλλα μεγάλη λεπτὴ ωφελεικότερη περιπολεῖς τῷ ξεροχρίσι. Qui vero in petris nascitur, dendroides, quasi arborescens, cognominatus, foliosus est in cacumine, densamque spargit comam; succo lacteo prægnans, subrubentibus ramis, foliis circum ipsa myrti tenuioris, semine characie. Plinius loco citato. Septimum dendroides cognominant, aliis cobion, aliis leptophyllum, in petris nascens, comoisissimum ex omnibus, maxime caulinis rubentibus (nota quod caulinos adscribat arborecentibus, & magnis plantis) & semine copiosissimum, ejusdem effensus cuius characias. Semine characias, inquit Dioscorides est, ejusdem effectus, cuius & ante dicti, &c. Apulejus item, dendrites nascitur in petris, letior atque rubior prædictis, foliis myrti tenuioribus similibus, fructu sive semine ut characias. Dendroides tithymalus Mathioli, ac botanicorum, à Dodonæo characie tertii nomine depingitur, ramos ab una stipite, pollicis crassitudine, plutes

Tithymallus arboreus myrtifolius.



emittit teretes, & ramosos, cubito non raro altiores, digitum crassos, exalbidos, ac candidos, non rubentes, (quare characias esse nequit) folia oblonga, angusta, albida, tenuique lanugine pubescens, umbellam fert contractiorem, flosculos parvos, luteolos, semen trigeminum in acetabulis, uti aliorum. Ab adversiorum autoribus vocatur dendroides, sive arboreus myrti folius, myrti specie, non à foliis, sed frutice. Dendroides hic esse nequit, quod non sit myrti foliis, sed

oblongis, & characie æmulis, comamque habeat contractam, nequitam amplam. Aliud genus describit Alpinus, quod proximè accedit ad illud, si non idem, quod ex codice Cæsareo depingit celeberrimus Dodonæus. Nascitur in Creta insula, ad hominis altitudinem ac majorem etiam. Nititur radicibus multis, longis, tenuibus, albicantibus, hinc inde in terram recte actis, ad caudicis principiæ simul concurrentibus, vel ex caudicis principio venientibus. caudex ad altitudinem hominis attollitur, crassus, rotundus, a quo surculi plures recti, viscidæ, tenues, in umbellæ modum simul feruntur; foliis longis, characias Tithymali tenuioribus, circumquaque inordinatim vestiti.

### Tithymallus arboreus Prosp. Alpini in exoticis.



In horum summitatibus flores, veluti in umbellis parvis cernuntur, à quibus semina parva, rotunda, alba succedunt. Tota planta lacteo succo turget, cuius usus est ad purgandum. Eductum enim per ventrem, semioboli mensura, bilem pituitamque, atque serosum humorum. Calida siccaque est, supra ordinem tertium, quo inurit, inflamat, ulceratque. Bellonius lib. I. obser. cap. xvii. Tithymalum dendroidem duorum hominum altitudinem, caudice humanæ coxae crassitudinem æquantem, in Ida monte se conspexisse, scribit.

Septimus à latis foliis platyphylos idest latifolius dicitur, hic sextus à Plinio appellatur. Sextum, inquit, platyphyllon vocant, aliis corymbiten, aliis amygdaliten, & similitudine, (quam vellem exposuisset Plinius.) Nec ullius sunt latiora folia, pisces necat, alvum solvit, radice, vel foliis, vel succo in mulso, aut aqua mulsa drachmis quatuor, detrabit privatim aquas. Dioscorides loco citato. 'Ο δι τὸν περιεστόν φλύμα τούτο, οὐ ἀντέ οὐ δι πίτη οὐ δι ὄντος οὐ τὸ φύλλα ἀντέ εἰστελθεῖν κατεργάτερες οὐ τὸν λιχνίας κρητικὸν διδοῖς τὸν ὕδατα καὶ οἱ αερογενεῖαι δὲ οὐ διτελεῖσθαι! Platyphyllos verbasco si. nilis est; Radix, succus, & folia, aquæ per inferna trahunt, pisces necat tussis, aquaque dilutus: id quod & ante memorata genera præstant. Explodendum omnino, nec tolerandum quod Apulejus scribit. Item, inquit platyphyllos similis est phlebi forma atque virtute, Falsum, & præter veritatem est,

tem est, forma, multo minus virtute, verbasco similem esse platyphyllum. Contraria pollent facultate, uti Diſcorides. lib. IV. cap. LXXXIX. de verbasco docet; Τάν μὴ δέ τοι πεπτόντα δέ τοι πίκα συκνή, οὐδὲ Δραγόρχοντος οὔτε επαγγελτοῦ οὐδὲ οὐρών αὐθαίρετος οὐδὲ διδότων. Porro duum generum, (verbaſci) primo loco recensitorum, radix adſtrigit, proinde alii proſluvio laborantibus, ludicri tali magnitudine, utiliter ex vino propinatur. Folia ejusdem emolliendi, & dolores fedandi vim obtinere Recentiorum conſtat experientia. Contrariam plane vim habet tithymalus platyphyllus, quem Cluſius primus descripsit. Pedali, interdum majore, est altitudine, in aliquot

## Tithymallus Platypyllos.



à radice divisus ramos, nonnunquam ſimplici caule affurgens, quem ambiunt ampla folia, rotundiore & quaſi orbiculato mucrone praedita, ad latidis novellæ foliorum formam accendentia, viridia, crassiuscula, & aliquantulum carnosa, pallescente & acri ſucco turgentia. Flos ramis infidet, ex flavo purpurascens, ac velut acetabulis ſive balinarum foliolis comprehenſus, ut in reliquis tithymali generibus, radix crassa eſt & candida. Valentino regno, inter Biar, & Huentiniette, via ſalebroſa, inter medios frutices, Majo mense duntaxat, ſe reperiffe ſcribit.

Ad tithymalorum historiam pitynsa referri debet, quæ ab ipſo Diſcoride ad tithymalorum classem vocatur, πιτύνη vel ut doctissimi viri malunt, πιτύνη contractum ex πιτύνη dicitur, quod folia piceæ ſimilia ferat, eaque de cauſa chamēpyrys nomen obtinuit. Myrepſ. antid. XXX & CLXXX. Ιζλα ἡ χαμεπύρη. Fallitur doctissimus interpres cum eſulam chamēpyrys ſpeciem exiftim. Sunt enim purgandi vi praedita illa antidota, in quibus eſulae mentionem facit Nicolaus. Eſula, tithymalli ſpeciem eſſe, ex veteri probatur lexicō, in quo Ιζλα ἡ ὁξύπορη. Οξύπορη ſupra tithymali genus eſſe diximus. Minus recte vir magni nominis, Latini eſula, Quæ diſcio idem ſignificat quod græcum ὁξύπορη, ab eſu, herba ſcilicet que ex aceto editur. Per me licet, cum aceto vefcatur. Mihi non liber, diſplicet ſapor, terret valida purgandi faculæ. Eſulae nomen, à πιτύνη luxatum videtur, duabus enim syllabis ſublatis, remanet δέση, cuius diminutivum uſula, & vocali prima mutata eſula. Hujus radicem recentiores quidam turpeth vocarunt, unde vox turbeth conflat. Auctuarii auctor η καλοδοτονεγμ. vide Auctuar. De comp. med. cap. de pituitæ purgatione, & de myrobalanorum generibus, ubi turpetum nigrum, radicem pi-

tyufæ, album alijpæ eſſe ſcribit. Quod capite de Myrobalanis turpethi mentionem facit Auctuarius, errandi anſam præbuit Neophyto, in collectione ἡλιοιαντεῖο. Turpet enim inter genera numerat Myrobalanorum. Μυροβαλανα τὰ λιθράντα ζευδά, μιλανα χιονά, πιγνίτο. De myrobalanis ac turpet alibi. Pityusa, ut ait Diſcorides, clema, crambion, paralion, canopion vocatur. Πιτύνησα, οἱ ἡ κλῆμα, οἱ πορφύριοι, οἱ ἡ ωδέδιοι, οἱ ἡ κρυπτικοὶ, πελεπτοι. ιδέοι δεκεὶ Διαφίγεις θυπαρελούσις θυμυάλης. οἴνοι καὶ ιδέοι. iv. αὐτοῖς κρυπταδιεῖται. αἴνοι ἡ κανέλη πάχεως μείζοις, πολυγράπται, φυλακοῖς δέσιοι λεπτοῖς κατειλημμένοις, θυμφίσιοι τοῖς της πίτυνης άνθη (Lacuna legit ex veteri codice ἡρβα μικρῷ, λευκῷ οἰς Διαφόρῳ) μικροῖς, οἵσι πορφυρῷ. καρποὶ ἡ γαλατὴ οἰς Φανέρων ῥέας λευκῆς, παγεῖται, οὐσε μηδέ. ινερχεται ἡ κατὰ τίπους Φόρα ινερχεται οὐ βαμβάνο. Pityusa quam aliis clema, aliis crambion, aliis paralion, aliis denique canopicon vocant. A cypariffo tithymalo ſpecie diſferre exiftimatur. Ideoque etiam in tithymali genere connumeratur. caule profert cubito alicorem, crebris geniculis interſeptum, foliolis acutis ac tenuibus circumdatum, piceæ folia imitanibus: flores exiguoſe penè purpureos, ſemen latum inſtar lenticula, radicem candidam, crassam, lacte ſucco refertam: quibusdam in locis frutex hic prægrandis invenitur. Plinius, lib. XXIV. cap. VI. Cum honore & pityusa (redundant duæ priores voceſ, nec in Salmanticensi codice reperiuntur: ineptæ etiam ſunt, quare delendæ) ſimili de cauſa dicitur, quam quidam in tithymali genere numerant, frutex eſt piceæ ſimilis, flore parvo purpureo, bilem & pituitam (vulgo privatam) per aluum detrahit radix, &c. Utramque pityufam five eſulam recentiores oſtendunt. Minor caulinis exit gracilibus, pede & cubito majoribus, per intervalla diſparia, polygoni more, ramulos & folia pauciora promentibus linariæ, oblongis, angulis, acuminatis, &

## Eſula Minor.



nulli tithymalorum, quam cypariffo propinquioribus, cui etiam floſculi prolixi, & ſemina triquetra theca eadem. Radix digitum minimum æquat, albicans: cuius cortex aceto maceratus (ideo ὁξύπορος dicitur) & torulo ligneo exenteratus uſui eſt officinis. Hæc linariæ perquam ſimilis adeo, ut flore & lacte tantum, uti verſiculus teſtatur, dignoſeatur, Eſula lacteſcit, ſine laſte linaria crescit. Major fruticola ſtrips eſt. caules eius complures, teretes ſupra cubiti altitudinem longè affurgunt, foliis veftiuntur oblongis, & angulis, lathyridis minoribus, umbellæ anguilliores ſunt, flores ſeminaque tithymali; Radix candida, ampla, ramosa, crassioris

crassioris corticis, succo lacteo plena, uti & tota ipsa stirps est. Hacce duas recentiores pro pityousa habent. Foliis feminis viribus, natalibus, priori cyparissiae similis satis, non tamen est pityousa Dioscoridis, idque quod flos luteus sit, cum Diose. purpureum fere esse scribat, fructusque non *as φάνες μάριος*, id est *lenticulae instar latus*, Sed triquetus, qualis tithymali, crebriflue caret geniculis. Respondent doctiores Dioscoridis

## Ecula Major.



codicem depravatum esse, contrarium tamen Oribasius & Serapio ostendunt. Utraque in Belgarum reperitur hortis, ac quidem majorem in collibus apries Transsulaniae me reperiisse memini, nec non locis Batavicis palustribus; minor asperis & incultis Belgii quandoque exit. Utriusque vivax radix, sed caules hyeme marescent, vere novi erumpunt,estate fructus facturi. Tithymalorum numero adscribenda lathyris. Supra lib. viii. λαθυρίδης, & λαθυρός sive λαθυρός diversas plantas esse probavimus. Λαθυρός dicitur, quod folia duo, quae caulis partem summam amplectuntur, cavitatem satis magnam ostendant. Etenim inter duo folia quae umbellam ambiunt, semen quasi inter duas januas sive bivalvi continetur, uti icon ostendit, vel à contrario, quod semen pluribus continetur tunicis, nempe tribus. Vulgo cataputia vocatur, quod in pillulis quibusdam sive catopitis semen ferat. Vel quod magis arridet, quod ut inquit Dioscorides, σύρτατον λαμβάνειν in catopitiis sumpta, grana purgant. Vulgo cataputia minor vocatur, ad differentiam ricini, quem majorem appellant. Utrumque χολογενέσιο recentiores nominarunt Græci, quam vocem male doctissimus Nicolai interpres pro colocasia accepit fest. 111. de unguent: xc. Manuscriptus, inquit, codex habet χολογενέσιο, quam sane vocem corruptam esse judico, & pro ea scribendum esse γρονθοτός. Sic enim Ἀιγύπτια fabam Dioscoride teste appellant. Errat vir magnus. Græci infimi, inter quos Myrepstus καρπούλος sambuci ligium nominarunt, iidem fructum latyridis χολογενέσιο vocarunt, uti à καρπούλῳ sambuci ligno, ipsam plantam οὐφοξυλίδιον infima dixit Græcia, sic à χολογενέσιο latyridis grano, eadem χολογενέσιο ipsam latyridem appellavit. Utrumque facile probatur. Neophytus κάρπη, τὸ τῆς καρπακτῆς ἡ γυναικεῖον λαίδιον αἴσθητο. Nicomedes Jarrosophista αἴσθητο, η καρποξυλίδιον, ιτι ἡ ἡ τεχνητή λαζαρίνη καρπακτή, η γυναικεῖον λαίδιον. In confesso omnibus est, chamæacten esse quod Latinis ebulum. De sambuco & ebulo, meliori data occasione agam. Κολοκοτός recentiores latyridis fructum appellarunt, quod purget bilem. Idem Nicomedes λαθυρίδης χολογενέσιον,

## Cataputia Minor.



Ricini grana eodem gaudere dixi nomine, idque quod apud Neophytum legatur, κίκης καὶ κρότων τῷ χολογενέσιο, οὐ δὲ ίλαιον τῷ κίκησι. Ricinus multis in locis, teste Dioscoride lib. iv. cap. clxv. sedulo colitur ad arcendam effodientium talparum injuriam. Græcis καρπηθειται, à similitudine animalis, ab Homero κυνορεψης dicitur, quod semen eius refert. Plinius lib. xi. cap. xxxiv. Est animal ejusdem turpitudinis, in fixo semper sanguini capite vivens, atque ita intumescentis, unum animalium, cui cibi non sit exitus, debiscitque nimia satietae. Alimento ipso moriens. Nonnunquam hoc in jumentis gignitur, in bubis frequens, in canibus aliquando. Immo frequentissime. Hac enim de causa Philosophus κυνορεψην vocavit. Vide de hoc insecto eundem Plinium lib. xxx. cap. lxx. Ricini meminit Theophrastus lib. I. hist. cap. xvii. lib. iii. hist. cap. ult. lib. 2. de caul. cap. xxii. Dioscorides lib. iv. cap. clxiii. Κίκη η κρότων, οἱ δὲ σπόνδηροι, οἱ δὲ σπόδηιοι κύπελοι, οἱ δὲ κρότων. Πούσαρης κρότων, οὐδὲ τὴν αὐτὴν τὸ ζύον ιμφέρειαν οὐ πάρεματο. Δινδρον δὲ εἰς σπόδηιον μιχεῖσθαι ξηρόν, φύλακα ἢ σφραγίδα πλατύνον, μείζονα καὶ λεπτόν, οὐ μελάντηρον τὸ δὲ σελίκην η τὸν κρέδαν (νετος καὶ πόνου κλαδόν) καὶ λαβάμενον πόπον ξηρόν. Κερπὸν δὲ οὐ βότερον τελείωτον τὸ λεπτόν μικρούον κλαδόν ήταν. Ricinum cencici, aliqui sesamum sylvestre, alii seseli Cyprium appellant, nonnulli crotona. Ricini vero nomen accepit, à similitudine, quae est illius feminis, cum ricino animali. Arbuscula est parvæ ficus altitudine, foliis platani, at majoribus, levioribus, nigrioribus, ramis caudicibusque cavis in harundinis modum, semine in uvis asperis, quod decorticatum, ricinum animal representat, ex eo oleum nomine cicinum exprimitur. Plinius lib. xv. cap. vii. Proximum fit εἰς cici arbore in Ἀιγύπτῳ copiosa: alii crotonem, alii trixin, alii sesamum sylvestre appellant: ibique non pridem, εἰς in Hispania repente provenit, altitudine oleæ, caule ferulaceo, folio vitium, semine uvarum gracilium pallidarum, nostri eam ricinum vocant à similitudine feminis, coquitur id in aqua, innatansque oleum tollitur. at in Ἀιγύπτῳ ubi abundat, sine igne εἰς aqua sale aspersum exprimitur, cibis fædum, lucernis utile. Κίκη Ἀιγύπτια vox ipso Galeno teste. κρότητο inquit in glossis εἰσα; τέρη οἱ αἰρόπτοι κίκη δομάζουσι. Hesychius. κρότητο εὔτοι καλέται, οὐ πιτε κίκη (vulgo κίκυ) αἰρόπτοι, οἱ δὲ σπόδηιοι αἰρέται, η τὸ ζύον τὸ η κυτος η βεστι, γαρόπτοι οἵτοι δι πηρού. Ex his palam fit, stirpem quam Jonas Propheta, pro umbraculo juxta Ninivem, preparavit, & quæ subito, à verme

verme corrosa, & collapta est, ricinum fuisse. Sesamum sylvestre dictum fuisse uterque scribit. Idque, ut volunt viri doctiss. propter quahdam cum sesamo (quam non addunt) similitudinem. Quæstionem movent viri eruditæ, an *εργάσιον ξύλον*, cuius Capite de hebeno apud Dioscoridem sit mentio, sit ex ricino arbustula. Quod non videtur, idque quod ricini lignum concavum sit, tam caule, quam ramis, contrâ ebeni; Seseli cypriæ addit Dioscorides appellatum. Puto corruptum codicem, scriptumque fuisse *εργάσιον*, quomodo apud Herodotum lib. 11. legitur. Nihil tamen mutandum existimo. Arborem inquit parvæ fucus magnitudine. Plinius altitudine oleæ, sed pro cœli solique diversitate, magnitudine admodum variat. alibi parva, alibi magna. hic annua, illæ perennis. nata mihi ex semine anno 1624. æstate erat calida ac servida admodum) ricini planta, quæ eople anno sarissam magnitudine superavit. Frigoris admodum est impatiens, ac apud nos annua planta; quæ nisi servens fuerit æstas, semen non fert. Bellonius. lib. 1. observ: cap. xvi 11. Ricini planta quoniam istic (in Creta) lyeme non corruptitur, multosque perdurat annos, in arborem evadit adè sublimem, ut non nisi scalis adnotis descendere possit. Idem fere testatur doctiss. ac celeberr. Clusius,

## Ricinus.



in annotat. ad cap. 111. Monardi. Videre memini dum. Hispaniam peragrarem circa Malacen & Calpen, ad frenum Herculeum, aliisque maritimis Boetice locis, ricini plantas crassitudine humana, altitudine vero trium hominum, multis prægrandibus ramis brachiatas, instar altiarum arborum. Recte itaque Dioscorides, ricinum arborem esse scriptit, nec dubium quin Dioscorides in Ægypto natum, aut alia calidiore regione descripsit. Quæ apud nos è semine nascitur, candice constat unico ramoso, nodofoque, arboris instar, qua de causa & inter arbores numerari potest. Quod verò sit stirps annua, nec rediviva, eatenus arborum generibus adscribi nequit. συκῆς μητέρας; Plinius oleæ similem ait; ex quo conjicio scripsisse Dioscoridem μητέρας συκῆς, non ut vulgo μητέρας. Folium Theophrastus lib. 1. cap. xvi. & lib. 11. de caus. cap. xxii. pro ætatis ratione dissimile, & figura diversum observavit. Novum vel recenter natum rotundum est, angulosa sunt vetustiora. ὁ δὲ φύλλων — διπλωματικόν, &c. Rotundius quidem novi quam vetustiora, non tamen teres, & exactè rotundum dici potest. Angulos enim quoddam habet, sed parvos. Semine, inquit, Plinius esse uvarum gracilium. Verius & rectius Dioscorides in uis asperis Yemen recondi

tradidit. Instar parvæ arboris, citè assurgit ricinus, caulem emittens singularem, quinum senumve cubitorum, pollice crassiorem, arundinis modo geniculatum, & concavum, glabrum ex obscura purpura nitentem; candido videlicet deterlo, tenui, instar farinæ pulvere; quo veluti conspersus subinde conspicitur. Superiorius ramosum tribus, quatuor aut quinque adnatis. Folia habet ampla, dodrantis, aut pedis longitudine, in septem, octo aut novem, interdum plures partes incisa (hinc palmam Christi vocant, à foliorum ne npe digita effigie, quæ volam palmamque expansis digitis quodammodo æmulatur) per ambitum serrata, glabra, mollia, & aceri ficus arboris similia. Sed ut dixi, nequam alpera, longis, crassis & teretibus pediculis insidentia, quæ ubi pediculo junguntur, nervos, veluti è centro, per medias foliorum partes à tergo emittunt. Et hæc folia plantæ jam adulæ; Recens natæ ex oblongo rotunda sunt, parvis angulis praedita. Flores æstare fert, pedalibus pediculis instar longi racemi circumpositos, eosque duplicitis generis. Infimi enim ante quam pandantur, fere pisi rotunditatem & magnitudinem habent; apertis autem caliculis mucosæ, & pallidi, corimbæ speciem acquirunt, gracilique pediculo adhaerent, qui in medio juncturam quandam habet; à qua ipse flos postquam languescere incipit, recedit ac decidit, nulla spe securiæ feminis, aut fructus post se relitta. Steriles enim omnino inferiores hi flores sunt, ac tantum rudimenta aut præludia quædam seminis. Alterum floris genus à molliter aculeatis capitulis procedit, singulaque capitula terrena, hirsuta, furcata, & rubentia stamina pro ferunt, quæ floris vicem explent: Hisce arescentibus capitula aggræscunt, donec parvæ castaneæ magnitudinem consecuta fuerint. Ea in tres (ur plurimum) partes ceu utriculos dividuntur, nonnunquam etiam in quatuor. Semina in utriculis singula habet, ricino animali, forma & quantitate æqualia, toris livido aut maculo cortice, intus autem candida medulla constantia, lignoso utriculi cortice inclusa, quo, propter siccitatem, in maturitate repente fissæ & contractæ, ipsa semina cum impetu & crepitū, veluti tormento aliquo emissa, longius profiliunt. Radix multifida & multis cohærens fibris, ac pro plantæ ratione parva. Hujus semen majorem cataputiam vocant officinæ. Lathyriderem minorem dicunt, quam Belgæ, springhært & spurgie vocant. Hujus Historiam cum coco gudio, & chameleæ, (quia eadem ferè facultate pollutæ, phlegma enim & bilem ambæ purgant) confundere videtur Apulejus. à Græcis inquit Lathyris cocos guidos, alii chameleum dicunt, alii eupolin, alii epant emon, Ægyptii otetum, Itali citocacum, alii lacteridem nuncupant. Nemo lathyriderem chameleæan, coccumque guidum vocari tradidit. Citocacii nomen obtinere scribit. Credo, quod facillime purget, ac cito cacare faciat: uti tradit Iiodorus. citocacia dicta quod ventrem facilmente purget quam vulgus corrupte citocaciam appellat; Neophytus nomen hoc adscribit chameleæ. Καπιδανοὶ παραποταῖοι καταποταῖοι γένοσθαι. Hinc palamfit, Apulejum confundere chameleæ & lathyrideris nomina, quanquam citocacion non inepite lathyris dici possit, Maximi nominis & autoritatis historicus per cicutam lathyriderem Poëtas intelligere scribit, idque quod referat Apulejus, citocaciam vocari lathyriderem. Versus poetæ est apud Pers. satyr. 5.

— Quo deinde insane ruis? quo?  
Quid tibi vis? calido sub pede mascula bilis  
Intumuit, quam non extinxerit una cicuta.

Versiculi hujus mentem doctissimus interpres satis intellexit. Nam insaniam, ex calida causa, maximè bile adusta, generari, medicorum filii notum. Eam curandam esse ex Hippocratis præscripto contrariis, docent iidem. Fervori contrariam qualitatem habere cicutam ex Galeno & Dioscoride probatur. Quarto enim gradu frigida est. Vult itaque Poëta, Damæ insaniam in summum gradum, ac fervorem excrescisse, immotam magnam esse, ut medicamento frigidissimo, quale cicuta, extinguiri vix queat. Siquis igitur cicutam hic non intelligat, quæ νάρκη Græcè dicitur, næ is magnopere errat. Non igitur per cicutam Poëta lathyriderem, sed νάρκη intelligit, quæ caulem habet concavum inanem. Purgat quidem per inferna lathyris; adiutus tamen ab ea expelli humores non legi. Sed concedamus, secundario

Vrunt lethæi perfusa papavera somno.*

Cereri gratum finxit antiquior ætas, ob seminum feracitatem: malunt nonnulli, quod inter satæ plerumque nascatur, eundemque cultum amet; Quidam, inter quos Dercylus, quod somno Ceres destituebatur, ob filię molestiam, (Proserpinæ sc: quæ erat raptæ à Plutone) quam papaveris beneficio recuperavit, qua de causa μήκον Græcis dicebatur. Virg. Æneid:

*Hesperidum templi custos epulasque draconis  
Quo dabat, & sacros servabat in arbore ramos  
Særgens humida mella soporiferumque papaver.*

Soporiferum papaver epulis hujus animalis admixtum fuit, ut sæva, efferaque bestia, paululum feritatem deponeret. Nam papaver quod aliis lethargum, aut aliud soporosum malum inducit; huic insomni draconis, languorem, tarditatem, lenitatemque adferebat, ut minus saeviret. aut per vices ipsa aurea poma custodebat, vigiliam draconis miserata: Epulis papaver addebat, ut somno brevi & levi refectus, & refocillatus ob soporiferam papaveris vim, ad pristinum officium integror rediret. Noctem eo coronatam fuisse apud Ovid: lib. iv. Fast. legimus.

*Intererat placidam redimita papavera frontem  
Nox venit, & secum somnia nigra trahit.*

Belgis Papaver *Heul* id est solatum, & *Mankop* dicitur. Folium papaveris antiqui Græci πλιφίλοι vocabant. Theocritus. Eidyl: γ.

*Ἔγινεν περφέρει, ὅπερα μεμυμαρίνα ήτι φύλετος με,  
ἐν δὲ τὸ τηλίφιλον ποτιμάζετο τὸ τηλαπύγης  
ἄλλον ἄντας απαλλῆται ποτὶ παχύτητι ιεραπαρέδην.*

*Intellexi in puerum quæquerem an me amares,  
Telephilum allisum non edidit sonum,  
Sed frustra in tenero cubito exaruit.*

Schol. Τηλίφιλον δὲ ιτι τὸ φύλος τῆς μήκον. Αἴδοι δὲ βασιπητοὶ ἐπερσε λέγουσι ἵταν αὐτόν. ιτι δὲ τοῦτο, ιτι ἱκετόν ιτι, ἀναλαμβάνεται τὸ τηλίφιλον τὸ τηλίφιλον, καὶ τὸ τηλίφιλον εἰς φόρον αποτίλεται. ιδοὺς αὐτοῖς σημεῖσθαι, ὅτι αἰτητική τοῦτο τὸν τραχιστὸν. ιδοὺς δὲ διπλοὶ ὅτι μισθντα. Εἰρηται δὲ τηλίφιλον κατὰ πρωταρίαν έτι τὸ αὐτὸν τὸ δὲ σίσης διάεφιλον πὲ ἐν διπλοῖ τὸ φίλον. Αἴδοι, τὸ τηλίφιλον, τιχίδιο πειρατεῖς. καταδινοὶ δὲ αἰτητικοί. φειδανοί. τέτοιοι δὲ φύλα τοῦ ιχεῖς σφραγίδας μεταβασιαῖς. τὰ δὲ φύλα τοῦ πειρατεῖος λατεῖ, λασίον δὲ ασφίσιον ἐλευθερίη, εἰς τὸ αἰτητικόν, οὐ χρήσις ιδειμερτίτεσσα, καὶ τὸ πειρατεῖον τὸν αἰτητικόν πειρατεῖον, οὐδὲ τὸ ιτι τὸ πῆχυν, ἐπεκτεῖντος τὸ φόρον. Αἴδοι, Τιτις δὲ τοῦ ἐρωτικοῦ τὸ τηλίφιλον οὐ ἐπὶ τὸ δέμανον πειρατεῖον, οὐ τὸν πειρατεῖον, οὐ πειρατεῖον τὸ τηλίφιλον, οὐδὲ τὸν αἰτητικόν αὐτὸν πολέον, τομίζεται αἰτητικόν οὐδὲ τὸν πειρατεῖον. Εἰς πειρατεῖον δὲ οὐ πειρατεῖον, οὐδὲ τὸ τηλίφιλον.

Tekephilum, folium significat papaveris, alii aliam quan-dam herbam sic vocari dicunt, sive sit folium papaveris aut alterius herbae perinde est. Videntur co amantes, quod si ab illis sonum emiserit, se amari ab amassis colligunt; sin vero non percreuerit, odii signum putant. Dictum est telephonon quasi delephilon, quod amorem premonstret. Alius. Telephilum plantula fruticosa tribus à radice ramulis assurgens longitudine palmari, folia ferens sativa loto similia. Siliquam emittens rotundam (claviculariam) in qua semen. quo illinito, corpus sanguineum acquirit colorem, illusque quosdam accipit. Nec tantum manibus, sed etiam humeris telephium imponunt, & ad cubitum usque explorant an sonum emitteat. Alius. nonnulli amantes telephium aut ejus fructum humeris imponunt, mox leviter percutiebant; quod si inde ruborem conceperint, rhodium appellabant, & se ab amassis amari augurabantur. Si vero exulcerata aut inusti, odii signum putabant. Non multum à vero absunt, qui scholialem scorpioidem alteram Matthioli describere autem: tres, quatuorve ramulos emitit, palmari longitudine, foliola singularibus loto comparari possunt, albiantia sunt, & ex oblongo rotunda. Siliquamque fert rotundā & claviculariam, in qua semen. Hanc tamen plantam non puto τηλφίλον, quod neque sanguineum efficit colorem, nec exulceret. Τηλφίλον videtur αἴτιον esse parvum sive tertium Dioscoridis, quod acre & exulcerans est. Hesychius τηλφίλον, φυτόν πάντας ἢ αἴτιον ἀργόν. Dioscorides ejam aeizoon telephium vocari auctor est. At qui hoc folia non habet loto sativae similia, sed ruborem inducere, & exulcerandi, urendique facultatem habere, constat. Puto Scholialem confundere telephium Dioscoridis & aeizoon tertium, quod ut Dioscorides testatur, telephium vocatur, pro quo forte scribendum τηλφίλον, & sic Dioscoridem scripsisse ex Hesychio & Theocrito probari potest. Redeo ad papaver, cuius folium telephonon vocari tradit Scholialem. Idem folium papaveris τηλαταράνιον vocari auctor est, ad hunc versum Theocriti eidyl. xi. ἡ μάκιν αππαλίον, ἵενθοδος τηλαταράνιον ἔχεισθαι vel papaver tenerum, quod rubra crepitacula habet. Scholialem, τὰ τῆς ρημάτων φύλα φοίτι, καὶ τὰ τῆς ανεμώνας δῶν τηλαταράνιον, ἢ εἰς ψωφέν. πάντοις γάρ αὐτὰ κατὰ τὴν απίκησιν τοῦ τηλαταράνιου δικτυόν, πάντοις τὰς ἐπίρρας κεισθεῖσαι, καὶ συντομεύποι, εἰς αἰραντάτην ταῦτα ἰσχυρίων, ὀπτεσθεῖσαι, καὶ διπλῶς την τηλαταράνιον φύσιν. εἰς αἴροντας ἕπεται τηλαταράνιον. Platagonium papaveris vel anemones solium, à sono quem collisa faciunt, ius siquidem periclitabantur, & quid amassis suis forent grati, essetque affectus mutuus, siquidem pollici imponentes ea, & indicis, mox altera manu collidebant, quod si percrepuissent, amari se argumentabantur, sin minus ut frustrati ingemiscerent. Idem Pollux lib. ix. τηλφίλον τὸν συμπτομὸν πανδιάν. Idem Suidas. Idem Hesychius. Nicander, Athenēo si credamus, folia papaveris θεία vocat. θεία ἢ εἰ λίγη, τὰ τῆς συκῆς, ἄλλα τὰ τῆς μήκους (ἄρθρο). Ταῦτα θεία. Nicander hic vocat non ficus folia, sed papaveris (flores) quod minacem quandam edunt strepitum ad instar ficorum. hæc igni injecta formidandum ius strepitum edunt, quibus ante non sit auditus, alioquin inanem & contemendum. Aristophanes in Vespis οὐταντὸν αἰγάλεος, οὐδὲ θείαν τὸ ψόφον, Thria novi quid strepant, ut Sappius qui audiverim. Hæc ostendunt, τηλφίλον, apud Theocritum significare papaveris folium. Etenim si τηλαταράνιον & θεία dicitur à Iono quem edidit, verisimile admodum fit Theocritum per τηλφίλον intelligere papaveris folium; siquidem sonum hoc emittere ait. Caput papaveris καθίσια, vel ut apud Suidam legitur καθίσαι dicitur. καθίσαι εἴδος φυτόν ἢ τῆς μήκους κεφαλή. Theocriti Scholialem iudicab: τὰ μήκαν διέζεται ἢ κεφαλή καὶ αἴροντος βοτάνην, ἡ κατανάλευκη καθίσια. Supralib. iv. Αἴγυπται loti caput καθίσαι etiam vocari annotavimus. papaveris caput illud nomen accepit quod sacciūlū repræsentet figuram. Papaveris sylvestris genera quatuor esse inquit Theophrastus. Plura genera describit Dioscorides; quorum primum rhœas sive erraticum, alterum sativum, tertium sylvestre. quartum magis sylvestre. corniculatum quintum, spumeum ultimum. De hortensi, ac duobus sylvestribus hæc Dioscorides lib. iv. cap. LXV. μήκαν ἢ μή της εἴσιν ἡμέρως, καὶ ποτὲ, ἢ τὸ αἰρόντα αἴροντοντα εἰς τὴν σὲ ύψησθε γένοισι. καὶ σὺ μέλιτον οἴει αὖτις σημάνεις αὐτῷ γένοντας. καλέστης οἴει βοτάνην. ἔπικης ἔχουσα τὰ κεφαλίον, καὶ τὸ αἴροντα λευκόν. ἢ οἴει τὸ αἴροντα τηγανούμενόν ἔχουσα τὴν καθίσαι, μήλαν αἴρομεν, ὃ καὶ ποτὲ ὄντας διέβατο, τοῦτο τὸν εἴσιν τὸ άργανόν. τοῦτο τὸ ἀργανόν, καὶ φυσικοκαθετέσσαν, καὶ μακροτέρα τοτοῦ,

τὴν καθίσαι ἴστησην. καὶ οὐδὲ ἀντῶν δύναμες φυκτῆς. Papaveris genus quoddam est sativum & hortense, cuius semen in sanorum usu ad panes adhibetur; eo etiam ex melle pro sesamo utuntur. Thylacitin vocant, capitulum id habet oblongum, & semen candidum. Alterum est sylvestre papaveris genus, sessili calyculo & semine nigro. Nonnullis & ipsum rhœas ex eo dicitur, quod ab eo liquor emanet, quod pithitis, quasi nominatur. Est & tertium agrestius ac medicatus, hisque longius & oblongo capitulo. Omnibus in commune vis est refrigerandi. Capitis hujus inscriptio est, Θυλακίς η πηκτός η πηκτός. Addunt Doctissimi interpres την πηκτόν, quoniam in hoc capite non tantum de sativo, sed duobus sylvestris generibus agitur. Idem την πηκτόν η πηκτόν & η πηκτόν censeunt. Quoniam cognomen μήκης non semini, sed roti plantæ tribui, sit verisimile. Quin neque seminis, sed ipsius potius capituli ratione, nempe à Dolioli figura, planta ipsa cognomen illud videtur accepisse. Primum sive Hortense papaver Dioscorides θυλακίν vocari scribit, quod capitulo sacculo simile habeat. Fallitur Doctiss. Nicandri interpres, cum nomen illud impositum putat, quod in sacculis deferatur. η πηκτός, inquit, η πηκτός η Φαλακρός. Hujus meminit, ut jam dixi, Nicander in Theriacis:

Μηδὲν πολυβάτεια, οὐδὲ σελίδωσι τη μήκης,  
Θυλακίς, η ἐπιτηδίας πηκτόσιμην ἀπέσι.

Nunc inconveniens non est; nec desit ad usum  
Somniferum ex omni quod inborret parte papaver,  
Tam quod majorem, quam parvum sustinet orbem.

Sic vertunt quod Græcus scribat Scholialem. θύρα γεννάρων. ὃς οὐδὲ μήχαλα φίρει, θυλάκεια, εἰς οὓς οὐτισμός, θυλακής μήχαλος, οὐ τὰ μήχαλα. Duo sunt genera (secundum Nicandrum) quorum alterum magnos fert succos, in quibus semen, θυλακίς dicitur, quod parvum utricum, epitelis quod magnum habet saccum. Fallitur Scholialem: nisi forte quis poëtam scripsisse contendat, θυλακίς η πηκτός. Alterum enim genus, à sacciūlū forma dictum ait Dioscorides, qui apud Nicandrum sic legit ille videtur. Vulgata tamen lectio servari potest, si dicamus poetam intelligere papaver, Επιτηδίας illud dicitur quod siliquam ferat corniculi in modum inflexam ceu foenu græci. ut vide descriptionem corniculati papaveris. Alterutrum eligendum, aut depravatum esse codicem, aut Scholialem verba Nicandri non intellexisse. Vidimus unde doctissimorum interpretum natus sit error. Papaveris mentio nonnullis in locis apud Theophrastum fit: uti lib. i. cap. xvii. ubi in vasculo ferre semen ait. Eodem lib. cap. xv. perpetuo esse folio (id quomodo intelligi debeat, suo loco exposuimus, nempe à semine deciduo pereunte matre novas nasci plantas, quæ tota hyeme æstateque virent, usque semen sit maturum) lib. i. de caus. cap. xvii. & lib. iv. cap. xi. minutum ferré semen tradit, & hoc de omni papaveri dici potest. lib. i. hist. cap. xix. lacteum ait emittere succum. Quod de cornuto intelligi nequit, luteum enim vulnerata ostendit. an spumeum id praestet, non constat. Plinius tria sativi papaveris genera recenset, quorum duo sylvestria dixit Dioscorides. Decipit Plinius inscriptio capitis η μήκης η πηκτός. Papaveris inquit, lib. xix. cap. viii. tria genera. Candidum, cuius semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur. Hoc & panis rusticī crustæ inspergitur, affuso ovo inherens. ubi inferiore crustam apium, gitibive cereali sapore condunt. Alterum genus est papaveris nigrum, cuius scapo inciso lacteus succus excipitur. Tertium genus rhœanum vocant Græci, id nostri erraticum. Sponte quidem, sed in arvis cum hordeo maxime nascitur, eruca simile, cubitali altitudine, flore ruso & protinus deciduo, unde & nomen à Græcis accepit. De reliquis generibus papaveris sponte nascentis, dicemus in medicinæ loco. fuisse autem in honore apud Romanos semper, indicio est Tarquinius Superbus, qui legatis à filio missis decutiens papaveri in horto altissima, sanguinarium illud responsum hac facti ambage reddidit. Hactenus Plinius. Confundit Plinius sativum papaver cum sylvestri. Dioscorides capite citato, tria describit papaveris genera, unum sativum, sylvestria duo. sativum Dioscorides θυλακίν vocari scribit, sylvestre primum πηκτόν, & η πηκτός, cum aliud πηκτόν μήκης capite præcedenti delineasset. Ad quod cum Plinius vel ejus libertus non satis diligenter attenisset, rhœadi altero sive pithithi adscribit, quæ Dioscorides

scorides & Theph. priori rhœadi sive legitimo. Ceterum sativum unum veteribus cognitum fuisse papaver, sylvestria duo, & quartum ab his diversum, *ρόιστας* Græcis dictum, ex Galeno probatur, lib. vi 1. simpl. Μήκων, οὐτε τοις ροΐσταις διομάζεται, διοτε πάχεις αὐτοῖς διορθεῖται τὸ ἀνθεῖον οὐτε της πάμποργχης, εἰσαὶ καπνίσταις, καὶ μὲν καὶ δέος ἐπ' ἄνταις εἰσὶ ἔπειραι μύκωνες ἄργειαι, οὐτε μὲν ἐγγυαθεμένης ἔχουσα τὴν καδίαις, οὐτε ἐπικανέσταις μὲν τερπητές. οὐτε δὲ μένταςταις καὶ ἀντικανέσταις τοις τοις μύκωνες ὃ ὅπερ διπλάσια, διὸ δὲ καὶ τοὺς διομάζουσαν αὐτὸν ροΐστας οὐτε δύναμις αποτελεῖται φυκτικήν. ἀλλὰ τοὺς μὲν καπνίσταις, οὐτε δὲ καὶ θυλακίταις αποτελεῖσθαι, μετάγειν εἰσὶ γενναῖδες τὸ Κλείμα λευκόν ὄφελον. τούτῳ μέρᾳ οὐτε τοῖς αργεῖσι εἰπεῖται πάνταις αὐτοῖς, καὶ σὺν μελιτῷ δύσποτες ιδίσταις. τοῖς δὲ καρφώσταις ῥιβίσιοις οὐτε πάχεις αὐτοῖς φαμίται τὸ ἀνθεῖον, ἐγγυαθεμένης φύκει τὸ Κλείμα, οὐτε δὲν αὐτὸς μελιτός λευκότοις αὐτοῖς, αὐτοὶ τοὺς καπνίσταις μελιτούς μεγάλους. γενναῖδες οὖτις εἰσὶ ἕγκριτες ὅπερ ληφθεῖ, αἷδις ὅλης τοῦ επιπάτησιον αὐτοῖς, τοῖς περὶ μελιτῷ πάχεισι καὶ λεγαῖσι, καὶ τοῖς ἀργεῖσι. τοῖς δὲ τοῖς ῥιβίσιοις τὸ Κλείμα μελιτόν υπάρχει, οὐδὲ φαρμακοῦς εἰσὶ ἕγκριτες φύκεις. οὐτε τοῦτο ῥιβίσιον φαρμακωδεῖται εἰσὶ καὶ κατὰ τὸ απίριτον. Εἰ καὶ τὰς καδίας, Εἰ καὶ τὰ τύμπανα, Εἰ καὶ τὰ τὸ ὄπον. Papaver quoddam rhabas nuncupatum est, quod scilicet celeriter flos ejus defluat. Alterum domesticum, quandoquidem colitur, quin & altera sunt species sylvestris papaveris, alterum velut insidentem calicem sustinens, alterum longiorem quam illud calicem obtinens, totum autem procerius, ac squallidius à priori sylvestri succus defluat, atque hinc est quod banc speciem quidam rhabada nominant, (illud τοῦτο referendum ad primum sylvestre genus ex Dioscoride constat. Eodem modo τοῦτο οὐ τύμπανον apud Theophrastum referendum ad καρφώστην, de cornuto enim loqui magistrum Dioscoridis caput de papavere corniculato docet) porrho omnium facultas refrigeratoria est. ceterum sativi quod & Thylacite cognominant (non semen sed capitulum vel tota planta nomen illud haberet, à sacculi ut dixi forma) semen mediocriter somnum conciliat, visu candidum, proinde pani ipsum inspergunt, ac melle maceratum edunt, ac ejus quod primo loco recensimus, cuius florem celeriter defluere posuimus, validius semen refrigerat, itaque nequaquam eo quis innoxie solo uti possit, sicut sativo sive domestico, melli admiscens. admodum vero si ita sumptum sit, somnum conciliat. Ceterum pusillum ejus inspergunt iis, que ex melle conficiuntur bellariis, itriis, panibusque. porro tertio loco dicti, semen atrum etiam medicamentosum est, admodum refrigerans. at quod quarto loco positum est, omnium est maxime medicamentosum, tum in semine, tum in caliculis, tum in foliis, tum in succo. Satis aperte Galenus ροΐστας prius, ab altero distinguit, docetque diversum esse, nec proprie, nec ab omnibus, sed abusivè, & à quibusdam sic vocari. Idem, ut dixi, Dioscorides docet, cujus verba Plinius, haud satis diligenter examinavit. Ex hoc etiam Galeni loco constat veteres panes, papavere sparsos, in delicis habuisse. Hinc Petronius, audiunt mellitos verborum globulos, & omnia dicta factaque, quasi papavere & sesamo sparsa. Plinius inferiorem panis crustam condiri scribit apio. Corruptus est codex; nemo tradidit apii semen panibus inspargi. Legò cum Dalecam. viro doctiss. ex cap. xv. lib. xx. ubi inferiorem crustam amigithque cereali, sapore conditum. Plinius de ammi, Namque & panibus Alexandrinis subditur, & condimentis interponitur. Vel quod magis arridet, lego ex eodem libro cap. xvii. Inferiorem crustam anisum githique cereali sapore conditum. Hæc enim loco citato de anito tradit. Viride, aridumve omnibus que condiuntur, quæque intinguntur desideratum, panis etiam crustis, inferioribus subditum, succis quoque additur. Quod de rhœade tradit, infra examinabimus. Plura papaveris sativi genera recentiores obseruant, flore differentia. Vulgare album folia promit oblonga, lata, laevia, lactucæ foliis longiora, candidiora, marginibus sinuosa: caulis, sive scapus rectus, quandoque tricubitalis, in cuius fastigio flores candidi, in quibus mox ab initio multis staminibus stipatum, apparet capitulum, quod adulterum, globosum, nonnihil tamen oblongam formam habet, & supernè operculo tegitur, interius membranis non paucis in loculos discernitur, in quibus semen copiosissimum, sed minutum, rotundum & candidans, radix nullius momenti subest, descendens in altum. Flore admodum genus hoc variat, reperitur flore simplici & pleno, colore albo, rubro, purpureo, rubeo saturato, violaceo, & mixto, insigni nempe candore, & rubedine variegato. vel candido rubris maculis infecto, vel cinereo ungue

pурпureo. Reperitur calice majore & minore, pluribus paucioribusque foliis donatum. Albo simile nigrum papaver, sed capitulo aliquantum rotundiore & magis globato, flos eleganti phœnice orubet colore, semen nigricat. Ealdem in hoc genere licuit observare differentias. Tertium, inquit Dodonæus *papaveris* genus, caule, foliis, floribus, item capitulo minus est, flos è cœruleo ac purpureo obsoletum & dilutum quendam colorē reservat: capitulum quoque rotundatur, sed maturato semine foraminibus aliquot, qua parte operculum ipsi insidet, circulariter hiat, facilem defluenti semini viam præbens, quod altis duobus non contingit, quorum ita reclusi permanent calices, ut nullum queat elabi semen. Hoc genus adversiorum auctores papaver spontaneum sylvestre vocant, vel papaver parvulum. Cum descriptione Dioſcoridis non convenire fatetur Clariss. Dodonæus, sed depravatum codicem putat. Fieri, inquit, potest, ut pro μικροφύτειa perpera in scriptum sit μαργάρη, & έχουσα τὴν καδίαις ἑπικῆν accessoriū esse. Non enim hujus, ut diximus, sed candidi longius & majus est: longius item sed minus erratico papavere. Apparet vero & tertium istud papaver agreste illud esse, ex quo Διοσκορίδης compositio paranda, de qua Galenus. lib. vii. καὶ περὶ τοῦ περιπτεροῦ. Nam Crito, & post Iherimisone Democrats ἀργεῖον sive agreste accipendum præcipiunt, & illud quidem addit Democrates, quod non seritur. μικραν ἀργεῖαν, inquit, ἐν τῷ γραμματεῖῳ τοῦ περιπτεροῦ, quale tertium est, quod nullo serente sæpe nascitur. Postremum hoc experientia didici, sed aliunde in hortum esse translatum, experientia testatur. Verba Dioscoridis nec spuria, nec corrupta sunt, eadem Oribasius & Serapio habent, quare tertium Dioscoridis papaver esse nequit. Dodonæi tamen opinioni favet Plinius lib. xx. cap. xviii. Sativum (optimus codex, sativum omne majus rotunda capita) magis omne rotundat capita. Sylvestri longum ac pusillum, & ad omnes effectus valentius. Dioſcorides sativo caput oblongum adscribit, sylvestri cœstile. Reliqua consideret lector. Ceterum Dioſcorides hortense dixit quod albo constat semine, quoniam hoc frequentius in viridariis & hortis prope ædes satum reperitur; cetera sylvestria appellavit; non quod sponte & per se proveniant (è lemme enim omnes exeunt) sed quod asperiore hirsutiore que proveniant tum caule, tum capitibus, tum etiam foliis: præterea quod nigrum asperumque ferant semen, quod denique serantur in campestribus segetum & leguminum modo. Ex albo, nigroque papavere succus, lachryma, sive liquor gummosus tum sponte, tum ex vulnere manat, quem Græci ὅπος & ὅπος καὶ έξοχον vocant. Supra lib. vi. cap. de Laserpitio, plura de voce ὄπε dixi, ac inter cetera per excellentiam significare lac fici, sylphii lachrymam, & opium vulgo dictum, succum nempe papaveris, vide etiam cap. i. hujus libri. Opium sive luci papaveris formam, & colligendi modum hoc loco describit Dioſcorides, Κερίστος δὲ εἰν ὅπες ὁ πυκτὸς, (Lacuna ex veteri cod: πυκτόποτης καὶ βαρύστεμα) εἰν τῷ δομῇ κρεωπᾶς, πικρὸς εἰν τῷ γυνετεῖ, ἐγχειρῶς διεμιτρός οὐδεποτε, λευκὸς δὲ τριχίσ, οὐτε θρυμβοειδῆς, οὐτε συτριφόμενος εἰν τῷ διηθεῖσται δὲ κηρυξ, ἵπται ήλιον πεδεῖς, Διογένειος, οὐτε τούτοις ἐξαπτόμενος εἰς ζεφαδίου φλοζι, Φυλακοσυντε μετέ τὸ Σολοῦντα τὸ εἰν τῷ δομῇ δύτατον διελῦται εἰν αὐτῷ γλωσσιον περιπότης οὐδεμιη, οὐ κυλόν αργεῖον θελιδικόν οἰστηλον τὸ δομήν, οὐ τρηχύνποτε. οὐ δὲ εἰν θυμητες αἴτιοι (addit ex antiquo codice Lacuna καὶ ἀνοικοτε) καὶ Διογένης. Ενιοὶ δὲ τοῦτον αἴτιον (alter αγροτε) παραγνωται, οὐ καὶ στεγανητην αἴτιον — Οὐκ αἴτοις δὲ τὸ τεραγάνθιον καὶ τοποτοι φυτον τὸ δομήν τοις διορίστεροι. οὐπίστας δὲ διῆ μετὰ τὸ τοῦ δρόσους ανηκασθῆται, πειραγμένον μαχαίρων τὸ τεραγάνθιον, δὲ μὴ εἰς τοῦ ετοῦ Διοτέκοντος, Εἰ δὲ τοῦ πλατύτητος τὸ καδίαις εἰπεῖσθαι ποτέ, οὐδὲντος εἰπεῖσθαι ποτέ, οὐδὲντος τὸ δάκνεντον επεχειρουσον δικτύοντος ποτέ. καὶ ταῦτα οὐπίστας μητὶ ποτέ. τοις δέ τοις (uterque gonypyl. codex εἰ νύστα πιλαῖται τελοῦ) τρέψαι εἰ παπτεῖσθαι αἰτωλῶστον. εἰ δέ τοι πλατύτητος οὐπίστας αἴτιον αἴτιον διῆ, τοῦτο δὲ μὴ δοτεῖσθαι τοῦ ιωανναῖον τὸ δομήν. Opium præstantissimum censetur, quod densum & graveſt, odoratu soporiferum, gustu amarum, quodque facile aqua diluitur, lœve, candidum, neque aſſerum, neque gummosum, quodque inter coſlandum, non uti cera coit, densaturque, sed foli expositiū diffunditur, & ad lucernam accensum, minime atra obſcuraque lucet flammæ, quod denique postquam extinctum

suerit, suam odoris vim etiamnum conservat, ipsum porro admixto glaucio, aut gummi, aut sylvestris lactuca succo adulterant. Veruntamen quod glaucio fucatum est, dum disluitur croci colorem reddit, quod vero agrestis lactuca succo, exili & evanido est odore, aperiorque spectatur. Quod denique gummi vitiatum est, invalidum est, inodorum, pellucidum, nec desunt qui eo dementie devenerint, ut adipem illi admisceant. — Quare non abs refuerit liquoris illius excipiendi rationem subtexere. Nonnulli foliis capitate ipsa tundunt, & prælo exprimunt, mox terentes in mortario pastillos effingunt: id meconium vocatur, multum opio ignavus. At opii faciendi ratio hæc est. Cum ros exaruerit stellulam (quæ in summo papaveris capite visitur) cultello ita scarificare oportet, ut ne penitus intro adigatur, & à capitis lateribus per directum, summam cutem incidere, & erumpentem lacrymam digito in conchulam abstergere, ac non ita multo post eò redire. Tum enim rufum & alia densata reperiuntur, atque etiam postero die. Tandem in pila tesi, ac in pastillos coacta reponi debet. Veruntamen interea dum incidunt retrocedendum est, ne liquor vestrum afflitti deradatur. Aliam Plinius meconii parandi rationem docet, cetera an convenient examinandum. E n:gro, inquit, lib. xx. cap. xviii. Papavere, sapor gignitur scapo inciso, ut Diagoras suadet, cum turgescit: ut Jollas, cum deflorescit, hora diei serena, hoc est, cum ros in eo exaruerit. Incidi jubent sub capite & calice. Nec in alio genere ipsum inciditur caput. Succus & hic, & herba cuiuscunque lana excipitur: aut si exiguis est, ungue pollicis, ut lactucis, & postero die magni magisque inarunt. papaveris vero largus densatur, & in pastillos tritius in umbra siccatur, non vi soporifera modo, verum si copiosior bauriatur, etiam mortifera per somnum: opion vocant; Sic scimus interemptum Licinii Cecinnae, prætorii viri, patrem in Hispania Babilio, cum valetudo impatibilis odium fecisset. — Cum capita ipsa & folia decoquuntur, succus meconium vocatur, multum opio ignavior. Experimentum opii est primum odore. Sincerum enim perpeti non potest, mox in lucernis, ut pura luceat flamma, aut extinxit demum oleat; quæ in fucato non eveniunt. Accenditur quoque difficilis, & crebro extinguitur; Est sinceri experimentum & in aqua; Quia nebula innata: fictum in pustulas coit. Sed maxime mirum, astivo sole deprehendi. Sincerum enim sudat, & se diluit, donec succo recenti simile fiat. Mnesicles optimè servari putat Hyoscyami semine adjecto; alii in faba. E nigro, ait, papavere sapor gignitur, scapo inciso. Nusquam tradidit, Dioscorides è nigro magis quam ex albo opium fieri. Plinium tamen sequitur Apulejus. Alia agrestis & alias rhoeas appellata, si quidem ex ipsa fluit succus quem appellant opium, vel quod facile florem demittat: Probabile potius è nigro colligi, imbecillius ex albo. In altero codice sapor legitur, quam lectionem vir magnus probat, quia paulo ante scribitur, bibitur somni causa. Et paulo post, non vi soporifera modo. Quod vix approbo, sequitur enim gignitur scapo inciso, &c. Ineptum est à scapo inciso soporem gigni. Malunt alli saporis vocabulo τὸ χολὴν γρæcorum exprimere. Dupli errore, altero quod liquor is οὐδὲς fit, id est manans sponte lachryma, non autem χολὴς, id est succus, herba trita, expressus; Altero quod ad id papaveris albi, non nigri, scapus inciditur. Ego opos malo restituere. Corruptum etiam est quod sequitur. Scriptit Plinius, è nigro papavere opos (ελ opium) gignitur capite inciso. Et sic codex Dioscoridis habet. Sequitur enim, nec in alio genere ipsum inciditur caput. Pergit Plinius. Diagoras suadet cum turgescit, id est, cum grandescit & ad florem properat. In altero etiam codice reperitur. Hora dies serena. Jolæ sententia propius ad mentem Dioſcoridis accedit; Stellulam enim quæ in capitis papaveris summo est, scarificari juber, hæc non conspicitur, antequam flos sepe expandit ac cadit. Cum ros in eo exaruerit, id est, ut exponit Dalecampius circa Meridiem. Idem legit, sub capite ante florem, & calice post florem, ungue pollicis ut lactucis, & postero, &c. Hæc utrum corrupta, non satis inter auctores convenit. Doctiss. Hermolaus legit, aut lactucis. Quod proxime ad vulgarem accedit lectionem. Sed quid excipi ungue pollicis aut lactucis? Non video, quæ hæc similitudo, aut quomodo lactucis excipiatur. Robertus Constantinus ungue pollicis in conchis restituit. Lugdunensis aut conchis, idque quod apud Dioscoridem duxi in myxa digito in conchulam, scribatur. Nihil mutat Dalecampius. Tradit enim Dioſcorides glaucio & sylvestribus succum detrahi soli-

tum, quo verum opium adulteretur. Græcus auctor glaucio & agrestis lactucae succo adulterari tradit; excepti hic nusquam. Quare illorum opinionem qui in conchis reponunt, non atpernandam putavi. Sic scimus interemptum Licinii, &c. Romana & Parmensia & quædam alia recentiora exemplaria sic legunt, ut observavit Doctiss. Pintianus, in Hispania Babilicum, quoniam valitudo impatibilis. Legendum hoc paſto eidem videatur; Sic scimus interemptum post Licinii, Cecinnae prætorii viri patrem in Hispania: Babilum, cum ei valetudo impatibilis odium vitæ fecisset. Nam codex antiquus post Licinii: & impatibilis legit, non impatibilis, ab impetu videlicet, non à patior. De Babilio vero, aut hoc, aut alio ejusdem nominis, Plinius. lib. vii. de mortibus repentinis, Bebius judex dum Babilium differri jubet. Cum capita ipsa & folia ipsa decoquuntur, &c. Alter, ut dixi, hoc Dioſcorides: capita, foliaque tunduntur, & prælo exprimuntur, ac in mortario teruntur, ac in pastillos formantur. Quia nebula innata. Optimus codex, nebecula. Quam lectionem, tanquam probabilitatem, sequor. Opii conficiendi modum, qui apud Turcas obtinet, describit Bellonius lib. 2. obſer. cap. xv. Agros papavere albo (male itaque nigro Plinius) converunt, ut nos triticō, sed ea confideratione, ne singuli rusticis plus ferant, quam familiam habeant, ad id colligendum, sufficientem. Colligunt autem eadem qua auctores trididerunt, ratione. Papaveris capita (male itaque scapho Plinius, recte Jollas cum deflorescit) jam formata leviter inciduntur, atque ex vulnere emanantes lacteæ guttæ, parumper inspissari sinuntur. Sunt qui libras deinas colligant, alii sex, alii plures, vel pauciores, pro operarum quas in colligendo adhibuerunt diligentia. Optimæ notæ opium, dicit idem Bellonius, amarum, gustu calido, fauces incendens, flavescens leoninorum pilorum modo, in massam veluti ex granulis diversi coloris coactum: Legendo enim opium ea grana in capitibus papaveris collecta cohærent, & in placentulam quodammodo coēunt, odor virosus & gravis. Opii Garcias lib. i. cap. iv. varia, (inquit) esse genera, pro regionum diversitate. Quod è Cairo adfertur albicat, & magni est pretii. Thebaicum arbitratur Garcias, quod ex Adan advehitur, aliisque locis Erithraeo mari vicinis; Nigrum & durum, ejus pretium, pro regionum varietate, aut intenditur, aut minuitur. Quod in Cambaja, Mandoa & Chitor cogitur, mollius est, & magis flavescit. Quale quo vulgo utimur; Quod adulteratum esse non nego. Attamen ex eo quod adfertur eligendum purum, colore maxime ruffum, aut spadiceum, cum frangitur splendore quodam nitens, & quod facile dissolvitur, sed non ceræ instar lentescens. Vulgare ad lucernam accensum, nec atra, obscuraque, nec splendida lucidaque flamma lucet; verum in medio quodammodo se habet, plus tamen ad obscurum, quam lucidum tendit, extinctum eandem odoris vim servare non videtur. Adulterationis signum est, aqua colatum, croceum reddere colorem, si nec facile solvatur. Opium apud Turcas, & Persas in quotidiano est usu ad drachmæ unius pondus ut supra dixi. Ejus enim usu se animosiores esse credunt, neque belli pericula formidare. Idcirco cum Turcarum Imperator bellum gesturus, militum delectum facit, tota Provincia opio quasi spoliatur. Vulgare apud eos est objicere, Edisti opium, quemadmodum si quis apud alias nationes objiciat, temulentius es: immo ejus esui ita assueverunt, ut abstinentes aliquando periculum vitæ incurvant. Refert Linscorus assuetos, nisi indies iterent, brevi tabidos mori, & si per dies quatuor aut quinque intermittant, perire. Quod admiratione non caret, quandoquidem adeo narcoticum & stupefactivum est:

κεράνης Corniculatum papaver dicitur, à filixa inflexa, corniculi in modum. Luculentus satis à Theophrasto describitur, etiam à Dioſcoride. lib. iv. cap. lxvi. Μίκην καρπέτην, εἰ ἡ ωδόθλιον, εἰ ἡ ἀχέια μήκων, εἰ ἡ θελάσσιον. φύλλα ἵχει λευκά, δύοια, (verus τελεία & hanc lectionem probat Sambucus) ὄμοια θλόμω πεπλασμένα τῷ σφρίγεια, ἀπό τῆς αἰγάλεω μήκων καὶ τὸ καυλὸν ὄμοιον, ἀπό ὄχεον. καρπὸν εἴτε μικρῷ, καμπίλῳ ἀπό της κίρας, ὄμοιον τὸ τηλίων (Ald. τηλίδη) ὅθιν καὶ τηνόμενης απέρματος μηχανή, μέλισσα, ὄμοιον τὸ της μήκωνος, μίζαν ἑξηπολῆς φυομένη, μήλαν, παχεῖα. φύτη τὸ τηλίδη θελασσίον τόποις, ἐ τελεία. Corniculatum papaver alii paralion, seu Thalassion quasi in maritimis nascens, alii agreste vocant. Folia habet candida, birta, verbasco similia, ferrata in ambitu, sylvestris papa-

veris

veris modo. Et cattile non dissimili, flore ex luteo pallidescente, siliqua parva in corniculis modum inflexa, seu jænugræct, unde et nomen accepit. semine exili nigroque ces papaveris, radice per summa cespitum nascente, nigra, crassa, gignitur in maritimis & asperis. Plinius lib. 20. cap. xix. Sylvestrium unum genus ceratitin vocant, nigrum cubitalis altitudine, radice crassa & corticosa, caliculo inflexo ut cornicula, folia minora & tenuiora quam cæteris sylvestribus, semen exile; tempestivum est messibus, quidam hoc genus glaucion vocant, alii paralion, nascitur in afflatis mari, aut nitroso loco. Non unum hic consideratione dignum. Ac primum, quod Dioscorides scribat θαλασσιον vocari, & οὐδέτερον. Quæ nomina cur ei indira, ex Theophrasto, & Dioscoride, Plinio, qui libet latius animadvertere potest. Plinius addit glaucion vocari. Dioscorides non sic vocari ait, sed quodam falso tradere, glaucion ex hoc fieri. "Ετοι δὲ ιωνικῶν νομίμων εἰς ταῦτα τὸ γλάυκον γίνεται, ἀλλὰ τὸ φύλλον οὐφίπεται. Ceterum non defunt, qui ex hoc genere factitari glaucium falso existimarent, decepti quadam soliorum similitudine. Theophrastus folia comparat verbascum nigro. Addit, minus tamen esse nigra. Ex quibus colligo, sub nigra agnovisse præceptorem corniculati folia. Dioscorides alba esse tradit. Qua de causa Doctiss. Hermolaus αἴνη τὸ λευκόν, λευκά reponendum arbitratur. Favet huic Plinius, improbat Oribasius; tenuiora, & minora quam cæteris, ait. Plinius sylvestribus. Idem Plinius nigrum corniculatum inquit. Quod de tota planta intelligi oportet, verba Plinii si bene considerentur, opinioni Doctiss. & reverendi Patriarchæ nihil prosum, etenim sylvestribus papaveribus tenuiora, non verbascum tenuiora scribit. Falsum est quod ait minora esse, majora sunt. Et hoc experientia comprobatur. Nulla inter Theophrastum & Dioscoridem disfensio, ipsum verbascum nigrum folia fert ex nigro candida, huic si candidiora, cur Dioscoridem male ιωνικόν scripsisse suspicemur, non video. Illud non omitendum; cum recens ē semine pullular, folia esse candidiora. In adulto enim quæ candida ante, nigriora reduntur. Fieri itaque potest Dioscoridem folia recens nata, adulta vero describere Theophrastum. Plantam cum nigrum scribit Plinius, respectu reliquorum papaverum id intelligendum. Radicem Theophrastus, si vulgariter lectionem sequamur, brevem dixit, hanc depravatam esse ex Dioscoride & Plinio probatur. Græcus enim auctor μίκανας, πυξεῖας. Latinus radicem crassam & corticosam scribit. Ipsa autopisie non valde brevem, sed crassissimam hujus radicem esse docet. καρπόν, inquit Dioscorides, πυξεῖα, corrigunt μικρογένεα. Et idque eo argumento, quod papaveris hujuscem siliqua, si non ita crassa, oblonga tamen conspicatur, quæ tamen scœnugræco major non est. vulgariter lectionem sequitur Apulejus. Ceratitis, inquit, nascitur in littoribus erecto thyrsi atque hirto, foliis inflexis, hirtis, albis, flore pallido, fructu parvo, uncato ut cornu. Semine nigro, parvo, radice valida, nigra, atque in superficie terra. Vulgatam etiam Oribasius probat, μικρογένεα legit Serapio in viginis subtilibus longis, brevem esse siliqua in versionem scribit Galenus lib. viii. simpl. μίκρων μικρογένεαν αἱδομασιν οὐδὲ τὸ φύλλον βραχίσταν (λεῖα Interpres) ιπτροφίαν ἔχοντα, ὅστις εἰς τὴν μάρτιον τοὺς λοιποὺς βοῶντας πολλάτεροι λαζαρίται λαζαρίται μικροί, πιθαὶ μὲν πολλὰ τῶν πολιτῶν τῆς Θαλάσσης φύεται. Papaver cornutum nominatum quidem sic est à semine, brevem (leven interpres) inversionem habente, velut & scœnugræcum, ut bovis cornu esse videatur simile vocatur porro à quibusdam paralismum, quandoquidem ut plurimum iuxta mare nascitur. Dioscorides & Theophrastus in petrosis asperisque reperiunt scribunt. Plinius in nitrosis. Corrigunt Doctissimi botanici ex hoc Theophrasti loco petrosis. Papavera corniculata plura reperit recentior ætas; luteum, phœnicum hirsutum, phœnicum glabrum, violaceum, quod alii ad anemone classem referunt. Ex his luteum cum descriptione veterum maxime quadrat.

De hoc forte Catullus loquitur in Epithalamio Iul: & Manl:

Iam licet venias marite  
Vxor in Thalamo est tibi  
Ore floridulo nitens,  
Alba Parthenice velut,  
Luteumve Papaver.

Luteum ex semine in hortis mirificè sese propagat.  
Quod flore rubro est, majori indiget cura. Rectius

utrumque autumno seritur; excutiendo ex corniculis maturum semen, ut statim iterumque terræ mandetur. Cetera papavera candidis & ambitu infractis ac difficitis foliis fatis refert, non tamen levibus, sed nonnullis hirsutis instar fere soliorum verbasci, caules infirmiores, brevioreisque, non raro cubitales in plures alas dividuntur. Flores ochri colore luceo pallent quos excipit non capitulum, sed tenui, oblongum, incurvumque corniculum sive siliqua instar scœnugræci, in qua semen nigricans, plantagini simile. Radix subest oblonga, crassior, in nonnullos quandoque restans annos. Planta haec læla luteum ostendit liquorem, gustuque salem refert, in maritimis, aridis, petrofisque locis, ubi suæ spontis est. Hoc succo, in hortis ē semine nata, magna ex parte carere solet. Alterum corniculatum, sive minus, jam descripto tenuius ac minus est, & foliis erucæ modo alte incisis, quandoque pilosis, non raro glabris; caulinos habet tenellos & ramulos, procumbentes; flores minores phœniceos, tæpius intense rubentes; interdum tamen languidi, ac pallidi sunt, semper dilutiores quam erratici. corniculum minus est, cuius cacumini operculum subinde, ac veluti latius capitulum insidet. semen in his exiguum nigrum, oblonga radix. non in maritimis & procul à mari locis reperiatur. Tertium phœnicum existens ac foliis tenuioribus, in minutulas videlicet particulas dissectis, flosculus minor, cærulei, purpurei coloris, nigrae violæ æmuli; radix tenuis longiuscula. Purgandivi prædictum hoc papaver testantur Dioscorides & Galenus η ἡ αἰγαλεα, μήδεια ὁξεῖα ποδινος σὺν μικροστηρι, κραδιαν ἐπειδεις καβαῖται.

Potius, ut verba Galeni, & Plinii supra citata testantur, à flore deciduo nomen accepit, latini erraticum vocant. Plinius cap. xix. lib. xx. Inter sativa & sylvestria medium genus; quoniam in arvis nascetur, rhœan vocavimus, & erraticum. Non dicitur rhœas, ut vult Plinius, quod in arvis nascitur; sed medium genus dicitur, quod reperiatur in segetibus sponte natum. Vide supra verba Plinii ex cap. viii. lib. xix. Legendum rhoeadem vel rhœada. Nam ποιά malum punicum, ποιά papaver est. Falluntur doctissimi viri qui erraticum vocatum volunt, quod radices plures habeat, vel fibras, capillamentaque plura emitat radix, quæ sub terra proserpunt & vagantur, latiusque sparguntur. Sed fibrosa dici hujus radix nequit, nec serpit. Erratici nomen potius adeptum videtur, à deciduo semine, quod à ventis, diversis ac variis locis sparsum, anno sequenti adulta planta conspicitur. Erratici ergo nomen, quod passim hic illicque inter segetes reperiatur. Nec errant qui erraticum sive rhœada Græcorum, inter sylvestris numerant. Ipse Theophrastus inter genera sylvestris papaveris numerat. ποιά Græci scribunt dici, quod flos cito, ac quavis de causa facile decidat. Aliis tamen papaverum generibus & quæ cito ac facile decidunt flores, etiam corniculatis; Nulli enim papaveri durabilis, ac diem excedens est flos, hi omnium citissime pereunt, ipsa etiam rosa; ut enim omnibus commune est, florem membranacea quadam tunica tegi, ac veluti theca quadam contineri, quæ prodeunte flosculo in duas de hiscens decidit partes; ita quaterna ipsis folia, cito cadentia. Sed quid si dicamus antiquissimos Græcos nomen huic imposuisse, à puniceo rubente flore. Potius Græcis punicum malum est à quo color puniceus. Id licet nullius auctoritate nitatur, non tamen præter rationem videtur. Nullum papaveris genus intensiori rubro colore ac puniceo videre licet: Si enim à facilis nomen hoc impositum, omnibus aliis commune esse debet. A semine facile deciduo, rhœadis cognitum non videtur accessisse, quippe tertio sativo, vel si quis mayult altero sylvestri facilius & citius excidat, multoque quam huic manifestius. Theophrastus erraticum simile ait intybo. Quod de foliis maxime intellegi debet. Nam nec flos, nec semen satis convenienter intybo comparari potest. Describitur à Dioscoridem lib. iv. cap. lxiii. Μήκων ποιάς, μικρογένεαν η Διός τὸ περιστέρα τὸ αἴθριον δασούλιον, φυταὶ τὸ αἴρεσσαι εὔρεται, οὐτε τὴν αὐλίζεται. Εύρεται η πὲ φύλλα οὐλογίαι η τοξώσαι η κικησεῖαι η θύμοι ιπτσιουμια, μακροτεροί η κα περισσα, καλλονή η σχινούδη, οὐρανού, περικάνη, οὐσια ποικιλην, αἴθριον φοινικην, εύρεται η εἰ λευκόν, οὐσιον τὸ τῆς αἴρεις αἰρεμένην. καφαλὴ η περιεπίκην, η πλούτοι πλούτοι η τῆς αἰρεμένης. καρπος πυρρος. πολλαὶ ιπτσιους, ιπτσιους οινοτροποὶ ιπτσιου μικροὶ πάχεται πικροί. Papaver erraticum quod à flore protinus deciduo, hædis nomen à Græcis accepit, in segetibus vere nascitur, quo quidem tempore etiam colligitur.

gitur. Folia origano, aut eruce aut cichoreo, aut thymo simili spectantur, eaque divisa, sed longiora & scabra. caulis enimissimus (vel scilicet instar) rectus, asper, & ferè cubitali aliudine. flos puniceus, interdum & candidus, sylvestris anemones similitudine: caput oblongum, sed quam anemones minus, semen rufum, radix oblonga, subalbida, parvi digitis crassitudine & amara. Ex hoc Dioscoridis capite codicem emendavimus Theophrasti, in quo ανεμονες legitur. Male vertit Plinius arvis, sponte quidem, inquit, sed in arvis cum hordeo maxime nascitur. Nunquam in arvis vidi erraticum papaver, sed in segetibus. Varro 1. de re rust. cap. xxix. Sege dicitur quod aratum satum est: arvum quod aratum, nec satum est. Helychius οξυζης in γη δοῦλος τοιούτος αστιπόλεων ή αποδεικν. In satu papaver hoc provenit, maxime hordeo. Floret apud nos Iunio, Iulioque mensibus, in hortis Augusto. Depravatus est codez Diolcoridis, vel inepta uituit comparatione. Non dubito quin sciolus aliquis voces οξυζης, θυμου addiderit. Magna est diversitas in erucæ, cichorei, origani, thymique foliis. Nulla erucæ aut cichorei, cum origano aut thymo, foliorum similitudo: nec ulrum est papaveris genus, quod origanum aut thymum foliis remiuetur, nec tale quid apud Plinium. Cum hordeo, inquit, maxime nascitur, erucæ simile, cubitali altitudine. Vulgata tamen lectio apud Oribasium extat. Quare dicendum aut Oribasii tempore codicem corruptum, aut absurdia comparatione usum Diosc. aut verba haec in Oribasii etiam codice accrevisse. Idem Oribasius legit χονάδη junci figura. Malo cum viris Doctiss. Saraceno, Marcello, Manardo χονάδη. Facile unius alterius litteræ fit transpositio. Lanuginosum esse cauem erratici papaveris docet autopsia. Papaveris erratici genera nonnulla observarunt recentiores. Erratico papaveri vulgari, folia papaveri sativo sunt similia, at minora, nigriora, hirsutiora, angustiora, magisque dissecta, instar cichorei aut erucæ, ita quidem ut superiora, quo capitulis propiora sunt, eo exiliora, & serratoria apparent, serrataque exiguum pulchre referant. Cauliculi lanugininosi quemadmodum vulgaris pilosellæ, capitula in lummo caule, ex quibus flos prodit, binis cuticulis, viridi colore præditis, ilisque lanuginosis, continguntur, quod in sativo quoque papavere deprehenditur. Ubi vero flos ipse exitum molitur, divisa illa regmina protinus decidunt, atque tam puniceus, quatuor divisus foliis profilit flos, cuius folia quam primum desluant, succedenti capitulo exiguo, in ambitu nigris capillamentis, sed protinus deciduis, circumdato, demum ubi caulinus maturitatem suam fuerit assecutus, membranulis multis intercursantibus, ac peculiares, & ab aliis sejunctas cellulas facientibus, distinctus hiat, semine papaveri simillimo, sed magis fusco, ac longe minori prægnans. Radix quandoque digitum crassa, nuac lutea, nunc alba evadir. Caulis, radix, folia incisa, ac vulnerata luteum emittunt succum, gustu amarum. Flore hoc genus variat. Reperitur enim flore albo & pleno. Aliud genus reperitur exiguum dictum, foliis minoribus, oblongis, non eruca per margines divisura, sed tantummodo ferratis reliquis minoribus. Aliud genus in horto habemus à Doctiss. Bauhino Syrenicum erraticum dictum, caule est nudo palmas tenui, pilis exiguis, hinc inde asperis, foliis ad radicem tenerrimis, glabris, pallide virentibus, instar caudalis, vel apii foliorum in lacinias divisis, per marginem incisis & serratis, quorum costæ media pili paucissimi adpositi. florrem fert simplicem, magnum, quadrifolium, colore luteum; succedit oblongum & tenue capitulo, in quo semen, erratico papaveri simile. Radix vivax qua propagatur, vere nova germina promens. A semine decido natum nondum vidi. Adversus hyenam saevitiam non nihil munendum. Non defunt qui anemone luteam esse volunt. Sed hos errare vel inde constat, quod succum vulgari erratico similem emitat, nec radicem habeat anemone ullo modo referentem. Erraticum vulgare Theophrastus purgare inferius docet. Melius Dioscorides. Tawins τὰ καφάδια πίνεται η 'σι μετ' ἄριστα κανάδων (καναδινος Corn. ex Plinio) σιγῶν ιψήσας αἰς ιης β' ἀγαρέων, πόνησε οὖν ἀνθεῖται, Ε οὐτε ανηγεντος ποδιας θεον δέσμων αὐτος μετικαρέτη καναδινος ιππιος μεταλοστει. Hujus capitula quinque aut sex in vini cyathis tribus decocta dum ad duos redeant, iis potu dabis, quibus somnum inducere volueris. at semen acetabuli mensura ex aqua mulsa potum, alvum leniter emollit. Recentiores papaver erraticum frigidum & somnificum esse scribunt.

Heraclei vel Herculei papaveris nomen huic inditum, teste Dioscoride, ob virium præstantiam, educendo vomitione humores comitiale efficienes morbum, quo Herculem laborasse ferunt; unde comitialis morbus, Herculeus dictus est. Dioscorides αφράδης vocat, quod album sit, & spuma speciem repræsentet. Gal. lib. vii. simpl. μίκην ιρραχλεῖσα, καλέστη ή οὐ αφράδης, ον ούπισσα τάκη τι ιστι η οφράδης. Papaver heracleum vocatur aphrodes, quod tota alba sit, & spumosa. Fallitur vir magnus cum papaver Herculeum καθάλητο dici scribit, Nicandro constat vulgare papaver sic dictum esse cum in Alexipharm. canit.

τοιούτοις οὐδὲ μίκην ιρραχλεῖσα οππότε δάκρυ πίνωσι πεπόνιο καθαπνίας. αμφὶ γάρ ακραγαντα οὐδὲ παντοφύλακτος;

Fæcundi lachrymam quicunque papaveris haufit, 1  
Hunc sopor altus habet, glaciali frigore summa  
Torpescunt artus.

Cur κιβλήστρος, dixit poëta, docet Scholiastes, μίκην ιρραχλεῖσα τῆς σὺ τῇ κεφαλῇ τὸ ζεῖον ιχθύον, οὐτὶ τῷ απόμανουσιν γάρ τὸ βαθὺ φρέατι κακλίσαντο. Αμφὶ τὴν κιβλήν Ειρυγρίν, αγρίθιον οὐδέτο τοιούτοις εἴσαντο την τοιούτην ιρραχλεῖσαν μίκην. Βούλιν γάρ εἰσι η μίκην σὺ τῇ κεφαλῇ ικετεύειν. Docet ceblegonon diciā Poëta, quod semen in capitulo ferat. Nemo non de vulgari poetam loqui videt. Heracleum eodem fere à Dioscoride quā Theophrasto, describitur modo. In uno tamen non conveniunt, quod alter semini, alter radici tribuat vim vomitiones moyentem; quæ duo nec contraria, nec pugnantia sunt. Utrumque enim verum esse potest. Dioscorides lib. iv. cap. LXVII. Μίκην αφράδην τὸν οὐδὲ πιναρίον ιρραχλεῖσαν, κανάδη ιχθύον απομειῶσον, ηγετὸν φύλακα Φρόδρα, μικρόν, στριθών (νετος inserit ποσῶς) ισικηπόν, ηγετὸν παρ αὐτοῖς λευκόν. Καὶ τὸ δολον θεοπόνον λευκόν εἰσι η αφράδης. Ρίζαν οὐδὲ λεπτήν ιππαλον. Τωτης οὐ κρεπός συλλιγέται οπικα τεινειος αδρυδην θίρες, η έγγαρδεις φαστον (Mathioli codex & Apulejus & Oribas. δοποθετα, quam lectionem non improbamus) καθαίσεις η διεμέτων, οξειδέα φύσις μελιτην κατατη λαμπανόμεν. Ιδούς η η τοιούτην καθαρότον ιππαλοντος άρρενα. Papaver spumeum ab aliquibus heraclium vocatum, caule est dodrantali, foliis admodum parvis, radiculae similibus, semine inter ea candido. Sed & herbula tota candida est, atque spuma, radice plerumque nititur tenuis, legitur aestate semen, cum integre adoleverit, aridumque decaderit. (& siccatum reponitur) Acetabuli autem mensura sumptum in aqua mulsa, vomitione purgat, privatimque hujusmodi purgatio, comitialibus prodest. Ex Theophrasto corrigendus codex Diosc. ac αὐτὴν λεπτὴν φίλατον ιππαλοντον, λευκὴν ρίζαν, ιππαλανον. Radicem babet albam in summa terræ nascentem. Videamus quam pulchre Plinius Græcorum intellexerit mentem. Qui lib. xx. cap. xix. scribit. Alterum è sylvestribus genus Heracium vocatur, ab aliis aphron, foliis (si procul intuearis) speciem passerum præsentantibus, radice in summa terræ cute, semine spumeo. Ex hoc lina splendorem trahunt aestate. Tunditur in pila comitialibus morbis acetabuli mensura in vino albo: Vomitiones enim facit. Medicamento quod diactionis, & arteriace vocatur, utilissimum. Fit autem hujus papaveris, aut cuiuscunque sylvestris capitibus cxx. in aquæ colestis sextariis tribus biduo maceratis, in eadem que discotis, deinde saccatis, iterumque cum melle decoctis, ad dimidias partes vaporē tenuis; Addidere postea drachmas senas croci, Hypocistidis, Thuriis, acacia, lassi creticis sextarium. Haec ostentatione simplex quidem & antiqua illa salubritas papavere & melle constat. Haec tenus Plinius. Ab aliis aphron vocari ait. Dioscorides & Galenus aphrodes dixerunt, & sic forte scriptit Plinius. Folia, inquit, reserfe passerem aviculam, quod stolidum & inustum est. Στρεγνός est hebra latinis struthium & lanaria dicitur, de qua lib. vi. egimus. Idem πρεσβειον vel πρεσβειον passerculum, & passerem denotat. De quo loquatur πρεσβειον, docet Theophrastus, nempe qua lintea dealbantur, latini plantam hanc ut dixi lanariam & rudiculam vocant. Græci auctores semine albo describunt, spumeo Plinius. Ex hoc lina splendorem trahere aestate, ait, Dormitavit credo Plinius, cum legeret Græcum autorem. Theophrastus papaver Heracleum folio struthii esse, inquit. Struthio nempe quo lintea dealbantur lina. Quod præceptor de struthio perperam, Plinius heracleo tribuit papaveri, relativum non proximo

tritum, sed μίκρας ἡρεμεῖς adscribens, cum & relati-  
vum non sit fæminini generis, ut μέντον ἡρεμεῖς, sed  
masculini vel neutri ut σπόδιον vel σπόδιον. Vomitiones in  
vino albo movere, scribit, εὐ μελικεῖται, in aqua mul-  
ta Dioscoridi & Theophrasto. Capitale est, quod scri-  
bit arteriacis utilissimum. Nam quod habet vim vo-  
mitus excitandi, arteriacis convenire nequit, sed plu-  
rimum obest. Arteriacis conseruant mollientia, le-  
nientia, siccantia, adstringentia. Arteriaces, cuius me-  
minit Plinius, descriptio reperitur apud Galenum lib.  
vii. cap. 2. titulo, confessio ex capitibus papaveris  
Herae. tive à Διοσκορίδη οὐ πάσῃ, ubi Galenus Παραγγελήψω  
τὸν ὄλευθαντὸν ὄντας Ἰχνούσα. καδίνας μίκρως κλαροῦ  
ἐπι βαλανὸς τὸν αἴσθιον καὶ ὑδατῶν οὐκέτι γένεται φρεγγον  
ημέρας ἔτη ἕψι τὸν ἀνεφόρη τὸν τείτον μίκρον, ἵππη ἀρά  
δεῖται τὸν πυργὸν ἐκβάλλει τὸν διδύνοντα, μίσχον πέλετον ζαρὴν τὸν  
εἰς διτλὸν αἴσθιον, ὅπου τὸν αἴσθιον Συρφεδαμ, ασφυξιαδα  
ασκηλας καρπίας < ἡ ταπεινόθυρον χωλεῖ > αὐτὸν ἢ τὸν καδίναν Ἰψι  
τὸν ὑδατον, κρέσιον δραχμὴν ἐδόσαντο, οὐκέτι γένεται συν-  
έψιδημ. Τοιούτοις τοι βαλανοῖς Εὐρώπης < ἡ καὶ λεπτολεπτον  
στούτη σὺν ὄλευθαντὸν γλυκεῖ, & ἴππητον περιστον, & συνέψιδημ μέλιται &  
ποταῖς Συρφαῖς, οὐ μέν τοι βαλανός μικρακάδη πειρητον αυτον,  
οὐ τὸν αἴσθιον ποτὸν καδίναν, πειρεῖται τὸ τείτον λεφθῆ μίκρον  
συνέψιδημ τὸ μέλι, τὸ λοιπόν μὲν συνεικαδάνων. Ad scribam  
autem totam ipsius dictionem sic habentem. Capita papa-  
veris viridia cxx in vas conjicito, & affusis aqua pluviae  
sextariis tridibus; ad triduum madescere finito, deinde ad  
tertias coquito, & ablata ab igne exprimito, ac colato,  
admixtoque mellis sextario, in duplice vase coquito, atque  
ubi spissari cœperit vocatio rufa drachmam unam, succi  
Hypocystidis drach. 1. adjicito. Cæterum cum ipsa capita  
coxeris in aqua croci drach. 1. linteolo illigatam simul co-  
qui permittito. Quidam etiam myrrhae drach. 1. addunt,  
spissaque cum modo passo terunt, atque ita induunt, ac  
simil coquunt, donec aliquantulum fuerit confectio in-  
spissata. Quod si tamen non medicamentarium confec-  
tum facere velis, cum capitum decocto ad tertias redacto,  
mel coques, reliquas non adjectis. Non præscribit Heras  
Herculeum papaver, sed lativum, vel si quis mavult,  
sylvestre. Deinde non ad biduum, sed triduum mace-  
rare jubet; ad tertias coqui idem Heras jubet, ad di-  
midias Plinius. Nec sex drachmas, sed singulorum  
unam: croci némpe, hypocystidos, & acaciae addit,  
Idem myrrham ab aliquibus adjici scribit, Thus Plinius.  
& hæc veteres de hoc papavere tradunt; Non nulli papa-  
ver spumeum existimant gratiolam esse. horum impro-  
bo opinionem, quod tota non sit candida, sed viridis  
ad pallorem inclinans; folia non sint parva, nec capi-  
tulum album; neutriquam insignis illius, qua prædicta  
hæc, amaroris oblitus fuisse Galenus, aut Dioscorides.  
Alii behen album, vulgo dictum, papaver spumeum sta-  
tuunt. Idque propter spumeana spureamve aspergi-  
nem, quæ non raro albicans foliorum & geniculorum  
finibus infidet. Cauliculi huic complures; tenues, tere-  
tes & geniculati, eque singulis geniculis folia bina, ob-  
longa, latiuscula, acuminata, polygoni ferè similia, sibi  
invicem opposita, lævia & ex albo virentia; flosculi al-  
bidi ex oblongis erumpentes calicibus, tenui, mollique  
membrana velatis, plures simul cohærentes deorsum  
nutant; semen nigricat, radix albicat, & satis prolixa.  
Non esse papaver, probatur quod semen nigricans, nul-  
lamque vomendi vim habeat, nec radix per summam  
tellurem repit, sed alta est. Alii cyanum vulgarem ad-  
versariorum pro papavere spumeo agnoscunt. Sed hi  
struthii folium inquiunt laciniatum utrumque, ac si-  
mile pennarum avis struthii. Nam, inquiunt, aliae plan-  
teæ à similitudine pennarum appellatae sunt, ut filix quæ  
πτεροειδή dicitur, quia folia utriusque digesta sunt pennæ  
modo, ut Dioscorides ait, cap. de filice. Ita etiam fo-  
lia abietis esse videntur, ut Theophrastus ait, & etiam  
orborum. (loca quæ citantur, reperiuntur, lib. iii.  
cap. x & xxi. ea videat lector, & singula attendat)  
quod etiam folia plantarum similia dicantur pennis  
struthii avis, idem Theophrastus testis est, qui de arbo-  
ribus Indiæ loquens, lib. iv. cap. iv. ait. alia cui fo-  
lium specie prælongum, simile pennis struthiorum, quæ  
super galeis impoçuntur. Quod si Theophrastus loco  
citat eundem describendi modum haberet, quem hoc  
capite tradit, faverem huic opinioni. lib. iv. ubi com-  
parat folia pennis struthii, scribit τοῦ τοῦ σπόδιον πτεροειδή  
σπόδιον. Hoc vero capite σπόδιον ὃ μὲν ὄβολον λευκαιρόν. Her-  
ba struthio sale non esse folium ex Plinio probatur: hic  
lib. xix. cap. iii. struthium oleæ folia habere tradit.

Talia huic cyano esse nemo scriptus unquam. Ponamus  
struthium folia ferre struthii avis pennis similia, quid  
tum? Talia & cyani concedo, nego tamen papaver  
spumeum esse, idque quia magna satis folia cyani, cum  
Dioscorides perquam parva papaveris hujus esse dicat,  
nec huic planta ea albedo, ut inde nomen habere me-  
reatur; præterquam quod nec semen, nec radix ali-  
quam vomitus excitandi vim possideat, contrarium doc-  
et experientia, compescit vomitiones, & adstringen-  
tem, fiscam, frigidam facultatem obtinet. Quam ob-  
causam à botanicis inter eichoracea recenseretur, & nu-  
meratur. Cyanus hic caules fert angulosos, folia  
oblonga, acuminata, profundis incisuris utrimque di-  
visa, erucæ ferè similia, in virore albicanteria, capitula  
in summis caulicolorum fastigiis turbinata & in angu-  
stum se contrahentia, ex multis parvis veluti squamis  
sibi invicem impositis,coni alicujus exigui modo com-  
posita, & quibus flores erumpunt, ex multis quasi sim-  
briis ac staminibus mediis, pulchra serie in ordinem di-  
gestis, colore vel cærulei, vel albi, vel purpurei, &c.  
Semen parvum, forma oblongum, læve, splendidum  
superiore parte barbatulum, centaurei majoris semini  
simile, sed minus & candidius, quod in ipsis capitibus  
five calycibus, inter eos qui in ipsis giguntur molli-  
bus pilis repetitur, radices tenues, fibris quibusdam ca-  
pillatae. Notandum, flores cyani coloris varietatem in  
hortis acquirere, in agris frumentaceis, ubi plurimum  
occurrit, cæruleos esse. Coronidis loco Plinii lapsum  
recensibimus, hic cum tithymalum paralium legisset  
μίκρα vocari, papaveribus annumeravit, ut supra à no-  
bus annotatum; Turpiter utriusque confundit histori-  
am. Folio, inquit, esse laevi albo. Hoc nec Dioscorides  
nec Theophrastus de paralio tithymalo: papaveris quod-  
dam genus folia habere candida, jam audivimus. Capsa  
inquit, esse fabæ magnitudine, Dioscorides paralon ti-  
thymalum describit capite in caulis summo rotundo,  
in quo fructus eryi magnitudine varius, flos albus. Quod  
de flore Dioscorides, id de folio Plinii, idem fructum  
eryi dicit magnitudine, fabæ amplitudine caput. Colli-  
gi, inquit, florente uva Theophrastus ὅταν ἀπὸ τηροῦ  
ταῦτα.

Hactenus plantas recensuisse se dicit præceptor,  
quarum succus, radix, semen usum habent; Nunc vero  
de radicum differentiis se dicturum prouincit. Novam  
igitur cum tractare incipit materiam, novum caput hic  
fecisse debuerat Theodoras. Radicum, inquit, diffe-  
rentias, tum in succis, tum in odoribus notare licet.  
χυλο, succum, pro sapore accipit. Sequitur alias esse  
acres, amaras, & dulces, qualis est Nymphææ, de quâ  
nunc agendum. Nymphæam nomen accepisse refer-  
runt, à nymphæa quæ zelotypia Herculis extabuit, &  
mortua, in palustrem hanc plantam mutata est. Habet  
hæc opinio fautorum Plinium, qui lib. xxv. cap. vii.  
Nymphæa nata traditur, Nympha zelotypia erga Herculem  
mortua, quare heracleon vocant. Malunt alii nymphæam  
ab aquis, in quibus nascitur dictam. Et hæc nominis  
ratio nitor auctoritate Theophrasti & Dioscoridis,  
qui lib. iii. cap. clviii. δοκεῖ ἡ αἰρούσθεν (δοκεῖ νυμφᾶν  
vetus) νυμφᾶν, ἀλλὰ τὸ ινδὸν φυλλὸν τίπεται. Cæterum à  
nymphis nymphææ nomen sibi vindicasse creditur,  
quoniā loca amet aquosa. Ρόμπα, à radice dicitur.  
Dioscorides Ρίζα ποταμοῦ, radix clavata, vulgo ra-  
dicem ejus clavam Herculis vocant. Plinius. Quare  
heracleon vocant aliqui, alsi rhopalon à radice clavæ simili,  
ideoque eos qui biberint eam, duodecim diebus coitu geni-  
turaque privari. Ineptum hoc postremum nempe geni-  
turae privari, quod clavæ similitudinem referat radix.  
μαδόνας à Boætis vocari, ait Theophrastus. Plinius loco  
citato. Laudatissima in Orchomeno & Marathone Boætis  
madon vocant, qui & semen edunt; Corruptum Plinii  
codicem scribunt, ac corrigit madonain, quomodo  
etiam scripsisse Theophrastum, eorum est opinio. Neu-  
trum placet. Ex Hesychio probo; Plinii codicem hoc  
loco mendo carere. μαδόνα πόνας & λύσης à levitate & gla-  
britate cœlium & foliorum nomen hoc impositum.  
Officiniis nenuphar dicitur, nomine à Mauritanis vel  
Græcis recentioribus mutuato, à quibus νέφελη voca-  
tur, ut ex Myrepso, antidoto xxiv. constat. In altero  
Dioscoridis codice nymphææ luteæ florem νέφελη vocari  
legitur. Vide quæ ad calcem capitis de lutea nymphææ  
adduntur in codice Matthioli. Unum nymphææ genus  
describit Theophrastus, Sidam nymphæam non esse  
luteam.

luteam. lib. iv. cap. xi. probavimus. Diſcorides nympham delineat albam & luteam. Theophrastus nympham nasci prodit in Orchomenensi, ut verit interpres, agro. In Orchomenio lacu nascitur; & nūs λιμνή; & iudeo. Quomodo itaque in agris? Sic & in Marathone, & Crête insula. Diſcorides. Εὐεργέτειος ἡ πόλη εἰ̄ τὸν ποταμόν οὐδὲ τὸν βοιωτὸν εἰ̄ αλιστέρην. Plurima autem inveniuntur in Helide, Anygro amne & in Bœotie Aliarto. Oribasius non εἰ̄ τὸν, sed καὶ λίθον legit. Folium, inquit, aquis innatare & esse magnum. Alphas notas nymphas ex lib. iv. cap. de loto, & faba Ægyptia, petere lector potest. Luculentus admodum describitur à Diſcoride: νυμφάς φύτης εἰ̄ λειπεῖ καὶ οὐδεὶς σεστηριεῖ. Φύτα ἡ ίχθυς ὑποια κινωεῖται. Κακορεπεραὶ εἰ̄ τὴν ιαπετίαν, ποτὲ πατερίκοτα δὲ οὐδεὶς τῷ θεῶν, ποδεῖσα εἰ̄ τῆς αὐτῆς ρίζας ἀνθεῖται λευκός, οὐρανὸς καὶ ἵκον χρυσᾶς τῷ μισον ὅταν δὲ ἀπικεῖται τρεπεῖται, μελιώς τῷ γέρατι τῇ περιφερείᾳ γίνεται τῷ μηνῷ καταληπτός εἰ̄ τὸν περιπόλιον ποτὲ φύτης λατέται. οὐδὲ παχὺς λειθός, εἰ̄ πολὺς, μέλις, οὐρανὸς τῷ Τονούτῳ περικάνα, περικάνα (Oribasius περικάνα) quam lectionem p̄f̄fero. ῥοπαλοεῖδης, οὐ περιστετε φύτηρος. (luteum capite sequenti describit.) γίνεται καὶ ἄλλη νυμφάς, οὐ τὸν ἀνθοφαγόν (alt. νέφρας unde recentiores νέφρας) λίχατη, φύτα ἵκησε περιεπινήν, δίζανος μέρη τι λευκὸν εἰ̄ τεραχτεῖται ἵκησε. οὐδὲ μάλιστα, πλέον οὐρανὸς ποδεῖς φύτης εἰ̄ τοῖς οὐρανοῖς Θεοπαλίου (addit lacuna ex antiquo codice τῷ Διοφάδελπον τόποις καὶ τῷ Πηνειοῦ ποταμῷ). In Mathioli exempli ad calcem additur νυμφάς ἄλλη, οὐ δὲ νυμφάς παλέην, οὐ τὸν ἀνθοφαγόν λίχατη. Nymphæa, in paludibus, stagnantibusque aquæ nascitur, folia verd habet Ægyptia fabæ similia; at minor oblongioraque, plura ab una, eademque radice prodeuntia: Quorum alia super aquam quodammodo extant, alta in ea ipsa demerguntur: florem album, lilio similem, in quo medium croceum est; at cum defloruit, calyculus rotundus, figura malo aripi papaveris capiti similis, idemque niger extuberas, in quo semen nigrum, latum, densum, atque glutinans lentum glutinosumque recluditur. Caulis est laxis, minimè crassus, niger, Ægyptia fabæ caulis similis. Radix nigra, scabra, (crassa) clavae similis, que autumno secatur.

— Est & altera nymphæa cuius flos blephara dicitur, foliis ante dista similis, at radice alba simili & aspera, flore luteo, splendente, rosea simili. — Nascitur autem in Thessalia (addit lacuna locis maritimis) juxta Peneum amnem. Mathioli in suo exemplari ad finem capitinis hæc addita scribit. Nymphæa, quam nymphonam vocant, cuius flos nuphar dicitur. Plinius loco citato. Nascitur in aquosis, foliis magnis, in summa aquæ, & aliis ex radice prædeuntibus, flore lilio simili, & cum defloruit, capite papaveris. In caule, secatur autumno, radix nigra in sole siccatur, adversaturque alvinis. Est & alia nymphæa in Thessalia, amne Peneo, radice alba, capite luteo, rosea magnitudine. Falsum est quod tradit folia in aquæ summa habere, simulque alia ex radice prodire. Nulla haberet folia, quæ non ab ipsa emittuntur radice. Sed alia aquis innatant, alia sub aqua latitant, interpungendum & legendum, capite papaveris, caule tenui, vel lavi: radix nigra, secatur autumno & in sole siccatur. In caule cur secatetur autumno, ignoro: nusquam legi gummi, succum, lachrymam, vel tale quid ex nymphæa caule colligi. Alteram nympham capite inquit lateo, quam Diſcorides & experientia flore luteo docent, nec rotundatum magnitudine, sed similis, nisi quod major. Nec minores paucioresve commisit errores Apulejus cap. 67. Nascitur (inquit) in aquis stagnantibus. Itaque inde non nomen sumpsi, thyrso nigro (purpureo uti infra dicam) leni, foliis similibus herba ciboria (fabæ Ægyptiæ) aquam ex parte superantibus, flore pallido (albo) fructu five semine lato (vide verba Diſcoridis) denso atque gustu argilloso, (lento & glutinoso Diſcorides) radice stipitosa, nigra, acerrima. (hoc præter veritatem) Est præterea alia nascens in Peneo, Thessalia fluminis, cuius flos niger est; (falsum illud) radix alba & aspera. Luculentus adeo est à Diſcoride delcripta nymphæa, ut meliore dare vix possim. Folia albæ magna sunt in longis teretibus, glabris intusque fungosis pediculis lata, & propemodum rotunda, firma, solida veluti corium quoddam, aquæ plurima parte superantantia, quæ superiori parte glabra, & laxis sunt, inferiore vero fibris aliquot distincta. Quæ vero sub aqua latitant, tenuiora sunt minusque dura. Flores in similibus caulinis, & in singulis singuli, multiplici foliorum stipatu contexti, ita ut unus flos non

nunquam viginti quinque, quandoque triginta, interdum quadraginta foliis constare videatur, quæ singula per se considerata, forma pollicem, aut sedi majoris folium referunt, è medio florum stamina multa lutea profiliunt. Antequam vero in florem prorumpat, oblonga quadam cernuntur capitula, amygdalis maturis pené similia, foliis ex viridi purpurascientibus contexta, quibus maturitate ruptis, flos prodit, inodus, plurimis ut dixi constans foliolis, croceisque multis fibris, staminibusque seu radis quibusdam, solis instar fulgens. Elos hic sole occidente elauditur, atque sub aqua occultatur. Oriente sole supra aquam affurgit, & foras exit, aperiturque. Post florem caput papaverinum, aut malum rotundum, semina nigra, splendenti, milio majore, refertum prodit. Radix subest crassa quandoque brachii ferè humani crassitudine, nodosa, foris nigra, intus candida, ac fungosa, inodora & insipida, multis capillamentis fibrata, quibus in fundo hæret. Nymphæa lutea folia albæ similia habet; paulo tamen oblongiora; foliorum, florumque pediculi similes sunt, nisi angulosi essent: flores fert luteos, ex quinque tantum foliolis, brevibus, rotundiisculis, cotnmissos; in medio quartum capitulum gignitur rotundum, turbinatum, compluribus staminibus luteis circumdata, in quo ubi ad maturitatem pervenerit, semina quoque splendidia, majora quam alterius, triticeo grano minora. Hujus conclusa capitula, ante quam florere incipiatur, rotunda apparent globi instar, foliis obducta viridibus, non aliter atque ejus quam caltham vocant. Radix crassa, longa, quibusdam veluti acetabuluis aspera, intus forisque candida, substantia fungosa, & porosa. Albæ tria rep̄riuntur genera, major, minor, minima; luteæ quatuor observantur à Batavis genera, major, minor flore magno, minor flore parvo, minor flore simbriato. Nascentur in paludibus, stagnantibus equis, amplioribus fossis, & pigro lapsu delabentibus rivulis, ac subinde fluminibus, mensibus Majo, Junio, Julio florent. Antequam finem faciam; admonendum, nos supra lib. iv. eorum demonstrasse errore, qui fabam Ægyptiam, & nympham eandem putant plantam, sed ex perientia, & recentiorum diligentia, maxime doctissimi Iusti Heurnii, probavit diversam esse.

Inter radices dulces (vide cap. xix.) numerat Scythicam radicem, quæ à dulcedine γλυκύρριζα id est dulcis radix vocatur. Corruptus est codex Theophrasti, Lugdunensis ex fide antiquissimi codicis restituit γλυκύτης εἰ̄ σκύθικη, καὶ τοιούτης γλυκύρριζας εἴστιν. Nullum relinquuntur dubium, quin ita legendum sit. Nam σκύθικη πίζα nomen illud habet. Itaque hanc lectionem probamus, quod veritati non adversetur, sed ab eadem confirmetur; Pulchre aliquo, & ingeniose satis hunc locum correxit Doctiss. Salmasius, γλυκύτης οὐ εἰ̄ σκύθικη πίζα πολέστιν εἰδεί γλυκύτην αὐτήν. Inter radices etiam dulces Scythicas, & nonnulli recte eam dulcem cognominant. Radicem Scythicam ιξόνης iξονης dulcem nominari dicit, hoc est γλυκύτης πίζας, quam compito nomine recentiores dixerunt γλυκύρριζα. Glycyrrhizan & Scythicam radicem eandem esse, ex Auctuarii auctore probatur, οὐ οὐρανόπινον, οὐ οὐράνιον (frustra corrigit σκύθικον, quasi non tam σκύθικον, perinde ac λίχης diceretur, οὐ οὐράνιον. de postremo nomine infra plura ab Hippocrate γλυκύτην dicitur, ut Galenus in Lexico docet. γλυκύτην βούτην, της γλυκύρριζας πολύπινης. ipsi Galeno lib. vii. κατὰ τούτης absolute γλυκύτην vocatur: apud Auctuarium γλυκύρριζα, in neutro genere legi, scribunt recentiores. Scythica dicitur radix quod in Scythia circa Maeotim plurima reperiatur, vel quod Scythæ hac radice & equino caseo famem sitimque ad dies plures tollerant, ut tradit Theophrastus. Diſcorides, lib. iii. cap. vii. γλυκύρριζα γεννήτης πλεῖστης εἰ̄ καπταδύνη, καὶ πότης, glycyrrhiza seu dulcis radix plurima gignitur in Cappadocia, & Ponto. Probat etiam eandem esse plantam, quod Diſcorides & Galenus, glycyrrhiza easdem facultates ascribant, quas Scythicæ radici Theophrastus. Columella. Et quia samem sitimque sedat glycyrrhiza, ob hoc οὐράνη vocata est. Eandem vim & efficaciam Theophrastus de Scythica refert radice. Inquirendum utrum σκύθικη ξύλον, cuius apud recentiores fit mentio, sit glycyrrhiza, five Scythica radix Theophrasti. Hesychius σκύθικη ξύλον τῷ Αἰγαίων οὐρανῷ σκύθικη (lego οὐράνη) σκύθικης. ηρατίς οὐρανὸς σκύθικης Φη, τὸ ιππόνητο, Αἴγι τοις πρίστις ήρα, η δὲ ξανθίστηκε αἱ γυναικεῖς, τοις βαττεῖ τοι ξενίδεστι. Scythicum lignum, fulvum, nonnulli thapsum vocant.

Cratinus

Cratinus scytiū dixit bipponicum, quod fulvum, buxeumque esset. Scythicum etiam dicitur, quo mulieres luteo tingunt capillos, lanasque imbuunt. Idem, θάψιον τὸ ξύλον δὲ τὸ ξύλον τῆς θάψης ὁ βαπτισμός, οὐ τὸ ξύλον τῆς θάψης τὰς μεταλλαῖς. Τὸ λοις συνθήκη τολετη. Thapsium flavum significat, à ligno thapsi, quod tingit, lanasque ac capillos luteo imbiuit colore. Nonnulli scytiū vocant; Supra cap. x. Nonnullos Thapsias cum thapsio sive scythico ligno confundere diximus; inter quos Nicandri, Scholiaſtes. Utriusque diſcriben theocryti obſervavit ſcholiaſtes ad verſum hunc. Eydyl. Ido

περὶ μὲν γένους μὲν ὅμοιος ἵβεται πολλάκις θάψης.  
Et corpus meum admodum ſimile ſiebat thapsō.

Χλωρές, inquit, οὐ ξύλος. θάψη τοῦτο καλεῖται συνθήκης, οὐδὲν σκυτίον τὸ ξύλον, οὐ φυτόν οὐ επωφύλακα. τάχη δὲ τὰ τείχη βαπτιστικά, οὐ πάντα μέλιτα, οὐ τὰ τείχη ξυδίζουσι. Ιδιαὶ δὲ παρὰ θάψην λεπτώματα χρυσοτεχνία. Ασκληπιαδὲς δὲ φυτόν τὸ ζλωτόν, οὐδὲν οὐ τὸ θάψιον τῆς τὰ ιππότας βάπτισμας δὲ εἰς πάντα τὰ κεριοντά. Id est, tingit pallido vel flavo colore. Thapsus lignum, quod vocatur scytharion & scytiū, ut ait Sappho; Hoc lanas melino imbuunt colore, crinesque flaves reddunt. Vulgo chrysoxylon id est aureum lignum vocant, Asclepiades plantam quandam pallidam sic vocat, unde thapsia tollit fugillata, sed ad tingendum croceum colorem hæc idonea. Reče dixit thapsiam tollere fugillata. Nam id Theophrastus capiult: hujus libri, & Dioscorides docent. Ταῦτα vox non ad Thapsiam, sed ad θάψην sive σκυτίον referri debet; Hæc enim tingit, finminus, confundit utrumque Scholiaſtes. Χρυσοτεχνία dictum testatur Aristophanis Scholiaſtes in vespis. γοναῖς κλυνίναις ιονίων θάψην. Interpres ὀρθός, ποιῶν τὸ δὲ θάψη τὸπον θάψην καὶ λεπταῖς. Thapsine idem est, ac si dixisset pallida. Talis enim thapsis quæ à nobis chrysoxylon dicitur. Schythicam herbam & glycyrrhizam eandem esse, jam satis probatum est. An vero scytiū lignum sive thapsum & glycyrrhiza, planta sit eadem, non satis constat. Qui eandem volunt, his argumentis utuntur, quod radix glycyrrhizæ sive dulcis radicis, sit buxeo, flavoque colore, qui perquam belle convenit morbosis, & pallore exanguibus faciebus. Σενεκός, quasi aureum lignum appellatum, suis temporibus in Graecia, notant interpres Aristophanis & Theocriti. Notus quoque pallor auti. Catullus. O quam ſepe magis Iuore expalluit auri. Idem inaurata pallidior statua. Ita etiam de buxo Ovidius, pallidior buxo. Dioscorides ait, glycyrrhizæ radices μένοντις esse, οὐτε, τῆς γανθίνης; Ab veteres hujus succo lanas & capillos tintinxerint, se neſcire ſcribunt. Illud certum, & compertum inquiunt, aquam, in qua decocta fit scytiū radix, luteo colore infici. Nomen quoque indicio eft, idem esse scytiū lignum, cum glycyrrhiza. Nam σκυτίον & οξύον, dici ſupra notavimus. Nec obeft glycyrrhizam radicem, σκυτίον lignum dici, Baravis vulgo hæc dulcis radix, califfi hout & ſoet hout/quod lignum dulce ſonat, vocatur. Nec caret hoc exemplo; Graeci olim radicem duriorēm, lignum vocare. De aspalatho ſupra cap. vii. ſatis dixi, nec reperio. Myreplus ſefft: viii. de droſatis. cap. lii. αὐτοῦ οὐδὲν rādices anethi vocat, quod lignosa, duriorque videatur. Et his argumentis nituntur qui hæc duo eadem eſſe volunt, inter quos præcipiuſ Clarissimus Salmasius. Antiquitatem & maximū medici utuntur auctoritate, qui thapsion, non glycyrrizam ſed rubiam eſſe contendunt. Apud Eginetam lib. iii. cap. ſecundo ubi de capillis tingendis agit, titulo βαψὴ ζενοντεῖς, id eft, que capillum reddunt colore aureum, hæc leguntur. Στοιχεῖας οὐ σαρδινικῆς οὐ κορώνης οὐ βαθεῖας ζενοντεῖς, οὐ δὲ πατερίας οὐδὲν πατέας (ſic legendum ex titulo ſequenti patet, vulgo οὐ βαθεῖας) καλύπτει τὸ δὲ, &c. Idem titulo οὐδὲν Κρόδρα καλόν, οὐδὲν οὐδὲν τὸ δὲ, οὐδὲν πελούριον (corruptus eft codex). Nec quid ſit πελούριον, vidit interpres, in re medica doctissimus, legendum οὐδὲν. Vide cap. alt. lib. vii. (τὸ δὲ βαθεῖας ζενοντεῖς, οὐδὲν πατερίας οὐδὲν τὸ δὲ, οὐδὲν πατέας, &c. Aluminis; ſandarachæ ſingulorum drachmæ ſex, croci drachmæ duæ, thapsi qua utuntur tintiores, Romanivocant herbam robiam (rubiam fine dubio intelligit) drachmæ octo. Idem Egineta. titulo, Aliud valde generofum, rhois rubri ſextarius, gallarum libra una, chelidonie un-

ciae duæ, herbae capillos aureo colore insufficientis quam Romanini robiam (rubiam) vocant uncia due, &c. Non is ſum qui facile veterum ſoleo deferere opinionem, novaque amplecti ſententiam; attamen pro ea ſoleo ſtare parte, pro qua veritas; amicus mihi Socrates, amicus Plato; ſed magis amica veritas. Græcus, nec in latiorum ſcriptis exercitatus, fuit Egineta. Non luteo, non pallido croceo tingit colore rubia; ſed lanas, lintera rubore inficit intenſo, Mulierculæ batavæ facſias, crepundiaque imbuunt hæc rubro purpureo colore. Observatum eft, assumptam rubiam mox urinam rubicundo inficere colore, non ſecus ac rhaberbatum eandem tingit luteo; fabſtantiam ejus non permutanis, nec craſſiorem quam antea fuerat reddens: in iis ſciliſter qui valitudine proſpera utuntur. Contra Thapsos croceum aureum, pallidumque reddit colore, uti Scholiaſtes Theocriti, Nicandri & Aristophani reſerunt. Quod ſi cui hi auctores non videntur ſatis graves, atque probati, quippe qui Thapsiam & Thapsum confundunt, alios addunt quorum auctoritatem repudiare nefas eft. Ex ipſo Theocrito Thapsum pallidum efficere colore probo, quod ex verſibus hi conſtat, quorum alterum recitatui.

Φεργίον μὲν τὸ ιερὸν ὅπερ ἵβεται πότια Σιδαρίου  
καὶ μὲν γένους μὲν ὅμοιος ἵβεται πολλάκις θάψη.

Dic amorem meum unde venerat veneranda Luna  
Et corpus meum admodum ſimile ſiebat thapsō.

Loquitur de morboſa pallidaque ob amorem, muſiere, Poeta, vulgatum eft, pallet, amat; quod amantes ſint pallidi. Ex Plutarcho in Phocione thapsum pallidum colore inferre probatur. Τὸν δὲ τοῦτο μὲν μικρὸς ικανὸς αἱ ταῦται μὲν αἱ φειδιτίας τῆς μυſικῆς κοταῖς, βαττούμανις θάψης αἱ τὸ φοικεῖν ζενοντεῖς περιέδεις ἀντίτυχοι. Tunc circa dies illos fascia quibus myſticos ledas redimunt, tintæ colore retulerunt, pro puniceo pallidum & luridum. Nugantur qui guiacum thapsum volunt. Ex novo adſertur hoc orbe, veteribus incognito. Probabile admodum Thapsum glycyrrhizam eſſe, licet hodie in uſu non ſit, capillos, faciemve illa tingere. Illud inficias iti non potest, glycyrrhizam etiam Thapsum ſchytiū dictam. Schyticæ herbæ radicem dulcem eſſe ait Theophrastus, nec alias tradit notas. Luſculenter deſcritbitur à Diſcoride lib. iii. cap. vii. "Επὶ δὲ θάψιον πάρεδειν ἔχων διπλήν, τοῦτο δὲ τὸ φύλλον ποντικὸν, λαβόμενον οὐ πολλάδιον ἀφανίζει τὸ δὲ αὐτοῦ οὐρανόν, καρπὸς δὲ πατανία (φαειδαὶ μηλαδοί), τροχύτερος λοβὸς ἔχων ἀντὶ φασκῆς πορφύρας, μικρὸς, τρίζας μηκεροῦ πελούριος δὲ γανθίνης, ταπετρυφοῖς, γλυκίᾳ, καλιζόμενα, οὐτε τὸ λύκιον. Eſt vero frutes exiguae, ramis binum cubitorum altitudine, circa quos folia ſunt densa, lentiscae pinguis, tactuque glutinosa, flos eft hyacinthi, fructus platanī, pilularum magnitudine, aſſerior, qui ſiliquas habet lentium modo rufas (in codice Oribafii & veteri perperam μηκερὸς longas legitur) parvas; radices longas buxei coloris (catacur. codex non magno diſcrimine μηκεροῦ fulvi coloris, buxeus & fulvus color cognatus) ut gentiane, ſubacerbae ac dulces, e quibus ſuccus lycii modo elicitur. Nunquam Plinium vidiffe glycyrrhizam, facile colligi potest. Nam lib. xxii. cap. xv. inter ea quæ spinosa ferunt folia recenſet. Quedam, inquit, spinosa foliata ſunt, ut carduus, eryngium, glycyrrhizon, urtica. nulla hic mendi ſuſpicio. Idem repetit. lib. xxii. cap. ix. Alii eryngum, falſo eandem eſſe putaverunt & glycyrrhizam (vel inquit Dulcecampius à radicis gusto, qui subdulis & odoratus eft, vel quod echinatus spinofusque glycyrrhizæ fructus fit inſtar eryngi, prior probabilior ſententia) quare ſubjungi eam proſtinuſ reſert. Et ipsa ſine dubio inter aculeatas eft, foliis echinatis, pinguibus, tactu gummosis, fruticosa, binum cubitorum altitudine, flore hyacinthi, fructu pilularum platanī magnitudinis. Praefantissima in Cilicia, ſecundo Ponto, radice dulci, & hæc tantum in uſu. Capitur ea vergiliarum occasu, longa ceu viti, coloris buxei, meliorque nigra, queque lenta, queque fragilis. Legit Plinius ἡρινόν οὐδὲν. Ineptiunt qui glycyrrhizam, ut Plinium deſendant, spinis olim armata ſuisse, ac mangonio longi cultus, edomito rigore, tandem mitigata. Id falſum eſſe, probatu non eft difficile; Glycyrrhiza enim locis ſylvestribus, ac in cultis ſine spinis reperitur, nec unquam spinosa viſa. Asparagum cultu domitum eſſe

Aaaa fate-

fatemur, sed alibi ut in locis Narbonæ incultis, spinosam videri negari non potest. Idem de glycyrrhiza si modo spinosa foret observaretur. Doctiss. exemplari mendoso, quo Plinius usus est, erroris causam imputant. Non puto Plinium corrupti codicis vitio seductum esse, sed vel oculis male usum, vel alienis male credulum. Sexcenta ejusmodi errata commisit. In antiquioribus & grandioribus litteris Græcis parvum discrimen est inter E & z, utraque siquidem littera semicirculi figura scribitur, & parvo tantum apice, qui in medio ferè habetur, distingui solet ἵψιλον, vide lector quid Plinio imposuerit, & quam res minuta maximi erroris occasionem dederit, quod si unquam conspexisset vivam plantam, vel si mediocriter attendisset, facile vitium suboluisset; nec unquam pro Σκύθῳ legisset. Præterea à mendo immunis non videtur Plinii codex. *Præstantissima*, inquit, in Cilicia. Exemplaria quædam non Cilicia præferunt, sed Sicilia pro qua cum Doctiss. Pintiano scribo Scythia. Nam circa Mæotim paludem nasci auctor est Theophrastus legendum etiam carpitur ea Vergiliarum occasu. Viti comparat radices glycyrrhizæ Plinius; Dioscorides longas, & buxei coloris esse, inquit, ut gentianæ: Utique recte, maxime si vulgaram intelligit radicem Plinius. Ea enim ramosa, instar farmentorum vitis, utraque coloris buxei. Melior, inquit, quæ nigra. Codex vetus habet nigri, ut repetatur coloris. Radix glycyrrhiza intus est buxei coloris, foris sæpius nigri. Quod ignoravit Plinius, qui nigram vel nigri coloris radicem præfert; quod à nemine proditum. Recentior ætas duo observavit genera glycyrrhize; quorum altera pilulam gerit, platani pillulae sive echino non ab similem, altera siliquosa & vulgarior, prior caules sæpenumero promit complures, ramosos, cubitales, vel sesquicubitales circa quos folia oblonga, alata, ex multis quandoq; quinis senis sibi invicem oppositis composita, lentisci foliorum figura, attamen majora, viroris saturati, & tactu non nihil glutinosa, digitisque adhærentia, flores & foliorum alis exeunt parvi, cærulei, hyacinthi medici coloris, in rotundi globuli figuram formati: quibus tandem deciduis major factus orbiculus, rotundam asperam platani pillulam æmulari videtur, multis parvis subrufis, asperis, & hirsutis siliquis constans in quibus semen. Radix prælonga, & crassa, & unica est, brachii subinde longitudine ac crassitie, buxei luteive intus coloris, foris raro alterius, sed tamen quandoque nigricantis, gustu dulcis cum austeritate quadam. Floret æstate, autumno pilulæ cum siliquis perficiuntur, vere nova folia, novisque caules promit, hyeme siquidem cum caulinibus folia pereunt, radice interim vivaci, ex semine nascitur, hyemisque, si non nimium inclemens, fert injurias. Siliquosa, sive quæ vulgaris usus, glycyrrhiza, priorem caulinibus foliis que satis refert, nisi quod folia sint dilutiore virore & majora, caulesque sæpius teneriores, flores in orbem aut globum non conformantur, sed in spicam veluti viciæ componuntur, exigui, colore dilute cerulei: quibus languentibus & decadentibus siliquæ sequuntur, parvæ, eodem quo flores ordine positæ, parvæ, lèves, nequaquam hirsutæ aut asperæ, lentium valvulis similes, in quibus semina exigua. Radices habet longas & tenues, ramosaque instar farmentorum vitis, quæ tam latè sub terra, per transversum & obliquum repunt, ut vix totæ nisi magno cum labore erui queant, & plærisque etiam locis progerminent. Foris nigricantes sunt, buxei intus coloris. Copiola hæc in Germania, agro præsertim Padembergeni, Franconia dicta. Utriusque folia, singularia oriente sole, in latitudinem primum æqualiter explicitantur, mox una cum ascendentie Sole eriguntur & ipsa, atque interdiu omnino sursum tigent, atque unâ cum pediculo cymbam, aut navium carinam forma referunt, occidente vero sole, rursus se dimittunt, noctuque intus demissa dependent, donec rursus, ascendentie sole eleventur. Aeris etiam constitutionibus reguntur. Nam si dies sereni fuerint, interdia eo modo quo dictum est erecta sunt; pluviosis verò, nubilis, tristibus, frigidioribus diebus etiam æstate, atque ipso meridie se deorsum submittunt, & hæc de foliis tantum intelligenda, & non simul de eorum pediculis, horum enim positus, neque solis cursu, neque celi constitutione mutatur. Falluntur qui glycyrrhizam in sterilem

& fructiferam dividere solent. Nam posterior sive siliquosa rarer licet in Germania, Belgio etiam Italia floreat, quandoque tamen cum flore sub finem æstatis conspicitur, inarescant & hujus folia caulesque, radice restibili vivace & diurna. Non desunt qui vulgata sive siliquosa glycyrrhizam Theophrasti contendunt esse; asperam sive pilula, platani modo hirsutam, Dioscoridis. idque quod vulgata sit dulcior, & ad situm extinguendam aptior. Veteribus duas glycyrrhizas cognitas fuisse ex eo probatur quod Plinius radicem inquit longam, instar vitis, quod de Dioscoridis sive aculeato capitulo intelligi non potest. Nos in medio relinquimus, de qua egerit Theophrastus glycyrrhiza. Credibile tamen dicimus; de vulgata ipsum egisse. Glycyrrhizam Theophrastus utilem esse ad anhelitus, tussimque siccam, thoracisque omnibus mederi doloribus, scribit. Dioscorides loco citato. Ποτεὶς ἡ τὸ κυδιόμενης ποτὲ ταχύποτας αἴρεται. διὰ τὸ ὑπονήστης τὴν γλώσσην ἀποχυλίεται. (addit Mathioli codex μισθὸς ἡ γλώσση εἰς Φυσικὸν) αἴρεται ἡ τὸ πότης καύσος συμφέρει τὸ πότης τὸ διάγραμμα εἰς οὐπον. Φαελάτης πεκάστης (vet. addit καταπέστης) καὶ πεφεῖπται ποτεμένος μετὰ γλυκιῶν. Est vero spissatus hic succus ad arteria scabritas efficax, verum oportet, ut lingue subditus, eliquescat, (inter caliditatem & frigiditatem quasi medium facultatem habet) sed & astuanti stomacho ac thoracis ac jocineris vitiis convenient, nec non ad vesicæ scabiem ac renum vitiis utsilater ex passo bibitur. Sitim extingueat ait, Scythasque hac & caleo equino undecim vel duodecim dies sitim famemq; tollerare. Iocum hunc Theoph. quia non intellexit Plin. nec Theod. nec Hermolaus, ex ponam. Ac primum quid Hippace sit & quomodo paretur dicam, id docet antiquissimus nostræ artis coryphæus Hippocrates. "Εοκεὶ τὸ τέτον ἀστεροῖς οἱ σκύλεις ποτεσσιν ἐπιπειν γάλακτον. ἵπποις δὲ τὸ γάλα ιστὸν καὶ καλλία, στίχοι, τὸ δὲ περιστόμιον χιονίς καὶ Διακείστη, καὶ τὸ μὲρον ὃ βέταργον καλείσθω, ἐπιπολῆς διέστηται, ἵπποφερον οὖν. τὸ δὲ βαρὺ τὸ παχὺ καὶ ξυστητόν, ὃ δὲ διπεκτίνατος ἔργατος: ἐπιν τὸ παχὺ τοῦ ἔργου τοῦ ξυστητοῦ ἕπεται γάλακτον. Assimilatur vero hoc illi, quod Scythæ ex equino parant lacte. Nam lac vasis ligneis injicientes, conquassant, quassatum spumescit, atque disperatur, & id quod superficies supernatat, butyrum appellant, veluti levè quoddam, quod autem infra subfides grave, segregantes exsiccant, & postquam concreverit Hippacem appellant: Eundem parandi modum Herodotus coetaneus Hippocratis lib. IV. recenset; quem audeat lector. Hippocrates lib. de aere, locis, & aquis εἰς πότης γάλακτον, τὸ ιππίνον γάλακτον, έπει τὸ ιππίνον λίππων, bibuntque lac equinum, & hippacem edunt. Id autem est caseus equinus. Dioscorides lib. 2. cap. LXXX. Ή δὲ καλείσθω ἐπιπάχη τοῦ ιππίνου ιππίνον, βερμαδίς, εἰς πελούσεων, αἰσλεγών τῷ βοσκῷ, ιππίνον ειπάλουν τὸ ιππίνον πτυσσόν. Quod hippacen vocant, caseus est equinus, qui quidem virus redolet, at magnopere alit, bubulo proportione respondens. Sunt tamen qui equinum coagulum hippacen appellaverint. Hesychius. ιππίνη σκύλος βρακέα δὲ ιππίνη γάλακτον, οἱ δὲ ξυσταὶ ιππίνοις σκύλοις πίπτουσι εἰς ιδιαῖς πηγαῖς μεταβάσεις οὐτε λόγος: Hippace scythicum edulium, confectum ex lacte equino, nonnullis oxygalon (id est lac acidum) equinum vocant, quo utuntur Scythæ. bibitur & estur concretum, ut Theopompus lib. III. docet. Hippacem Plinius modo lac equinum, modo herbam esse fingit. Hanc Plinii repugnantiam; ne dicam inconstantiam, natam puto ex autorum vel codicum ejusdem scriptoris diversitate. lib. XI. cap. ult. Quædam rursus exiguo gusto famem sitimque sedant, conservantque vires, ut butyrum, hippace, glycyrrhizon. lib. XXVIII. cap. XIV. equini coagulum quod aliqui Hippacen vocant, contra lib. XXV. cap. VIII. Invenere herbas & universæ gentes. Scythia primum eam quæ scythice vocatur, circa Boeotiam nascens (lege ex Theophrasti cap. I. lib. 27. Mœotim; scythicam inquit herbam à Mœotis paludibus) prædulcis, aliam utilissimam ad ea que spasmata vocant, in Altero codice spasmata. Legunt Lugdunensis & Salmasius, ex optimo codice asthmata, quam lectionem probo) Magna & ea commendatio, quod in ore eam habentes famem sitimque non sentiunt. Idem præstat apud eosdem hippice (optimus codex hippace, quomodo & Theophrast. & Hippocrates, & antiquissimi scribunt.) dicta, quod in equis quoque eundem habeat effectum. (hoc veterum tradidit nemo) Traduntque; his duabus herbis Scythas etiam in duodenos dies durare in fame, sive festive

feltive Plinius, ex verbis Theoph. male intellectis, herbam finxit, quæ in rerum non reperitur natura; & quod magis mirandum, rationem cur sic dicatur addit. Præterea de duabus agit herbis, cum de una Theophrastus, sed soleme Plinio, gemmam, arboreum; animal, lapidem; lignum, herbam quæ pluribus gaudet nominibus, quæque alio atque alio nomine diversis rei botanicae scriptoribus censetur, eam, quasi non eadem sit, pro appellationum suarum diversitate diversis etiam locis describere ac quasi aliam referre. Mitto Plinium. Cur sitim sedat glycyrhiza, docet Galenus lib. vi. simpl. Επεὶ δὲ καὶ ὑγρὸς ἐστὸν τὸ περὶ τὴν μητέλην γλυκύν, διόρθωται ἀδρός ἐστὸν τὸ φάρμακον, ὑγρὸς τὸ δέ τον μητέλην, & ψυχόντος τὸν ἀρθρόν τὸν φύσιον. Porro quoniam temperie quoque est id humidum, quod modice est dulce, in re sane etiam siti congruens medicamentum est, nimisrum modice humidum, & humana natura frigidum. Mediocris itaque dulcedo, causa est cur sitim extinguat. hanc propter facultatem ἀδρόν dicit, uti testatur Auctuarii auctor, & Plinus lib. xxii. cap. ix. *Vsus in lingua subditis* (sic vocat hypoglotida, nempe remedia quæ linguas supponuntur). Vulgo ulus in subditis decocta) decocta ad tertias, cetero ad mellis crassitudinem, aliquando & tuse. Quo genere & vulneribus imponitur, & fauicum virtutis omnibus. Item voci utilissimo succo; sic uspiissus est lingue subditus; Item Thoraci, jocineri. Hac diximus situm samemque sedari, ob id quidam adipon appellaverent eam, & hydropicis dedere, ne fitirent (hoc non sive parvo ægrorum levamine fieri, recentiorum comprobatum est experimento) idēo & commanducata stomachice est, & ulceribus oris inspersa, saxe & pterygiis. Ex hoc Plinii loco Dioscoridis codicem corrigunt. Apud quem legitur, ἀδρός τὸν διαχειρίζεσθαι, καὶ σαμαντήρας τὸν συσχίνειν. Idem aliquatus situm sedat, illitusque vulneribus accommodatur, atque commanducatus prodest stomachi affectibus. Corrigunt ex Plinio σωματον, ori affectibus prodesse. Vulgatam & si sciam à Serapione defendi lectionem, probabiliorum tamen habeo alteram, quod amara stomacho sunt amica, inimica dulcia, tum quod certum est, glycyrhizam pluribus oris affectibus opem ferre. Vulneribus utilem esse glycyrhizam, Dioscorides & Plinus testantur. Admirandum, sed vix credendum, quod ex Theophrasto refert Apollonius in admirabilibus. Θεοφραστὸς δὲ εἰ τὸν ἄλλο φυτὸν περιγράψει τὸν βαθὺν πίζαν, οὐ οἱ λεγοὶ γένουται, λάβει δὲ καὶ τὸν ἔψιον τὸν πελλὰ θερινόν, οὐτε εἰ τὸν αἴσθεις μητὸν δύνασθαι εἰσερέειν. Theophrastus in tractatu de plantis, si quis Thapsiam radicem, qua medici utuntur, cum carnibus coquat, eas de multis frustis in usum coalescere, ut eximi è vase nequeat. Admoneri debet Lector nihil tale de thapsia apud Theophrastum; Deinde thapsia contraria habet facultatem, eridentem & exulcerantem, qualia lacerandi, non consolidandi potestate prædicta sunt. Codicem itaque Appollonii corruptum esse dico. Lego τὸν θάψον. Glycyrrhizæ hanc facultatem adscripterunt, quod vulnera consolider, leniendi, adstringendique vi prædicta sit, maxime quod glutinosa, viscida, ac pinguis recens videatur. Finem ut huic historiæ imponam; non caret admiratione, Scythas, caseo equino, & glycyrhiza vivere conveisse, sed de Zoroastre narratur, illum nempe solo lacte, sex menses transfigisse, quod de alio quodam narrat Athenæus nihil miri de Scythis dixit Theophrastus, sed nec prius, nec posterius apud me fidem meretur.

Aristolochiam Cicero lib. De Divinatione, nomen accepisse auctor est, ab inventore Aristolacho, qua de causa dentem caluminæ vix evitare potuit. Contendunt enim, ut mox pluribus dicam, nomen huic inditum, quod puerperis prospicit; Sed quid impedit, quo minus ab Aristolacho nomen habeat, simulque salutaris sit puerperis? Credibile enim non videtur, Ciceronem de suo hoc finxisse, sed ab aliquo antiquo auctore, cuius opera ac scripta desperata sunt, desumpsiisse. Quod eo magis sit verisimile, quod apud Galenum lib. i. de antidotis in carmine Andromachi legatur καὶ λεπτὸν πίζαν Ἀριστολόχη, & tenuem Aristolochi radicem: Nicandri scholeastes Aristolelem testem vocat (quod non patum confirmare Ciceronis videtur opinionem) à muliere

inventam Aristolochiam, τὸν δὲ φυτὸν θεοφραστὸν εὐχείρισε. Hanc dixit Aristoteles fœminam reperisse. Ubi non mirandum, scholaiten, fœminæ hoc honoris tribuere. Ut pote quod mulierculis partus rientibus fœminam præter opem: non ergo Ciceron tanopere culpandus. Cujus opinio non parum ex his confirmatur, qui ab Aristolacho inventore nomen accepisse, tradiderit. Perinde enim, sive vir, sive mulier fuerit. Inter ea nec dabitandum quin Aristolochia etiam dicatur, quod δοῖσιν sit τὸ μῆτρας. Dioscorides, δοῖσιν διάσπαστον μῆτραν διεῖσθαι δοῦλην τὴν λοχίας, par: λοχίας, Id est. Aristolochia, ex eo nomen accepit, quod optime puerperis opitulari creditur. Plinus lib. xxv. cap. viii. Internobilissimas, Aristolochia nomen dedisse, gravidae videntur, quoniam effent δοῖσιν λοχίας. Nostrum malum terra vocant. Unanimo consensu omnes restituunt, δοῖσιν λοχίας. Perperam, inquit, Plinium scripsisse, gravidas nomen dedisse. Nam vox λοχίας puerperas, aut certe parturientes verius denotat, quam gravidas, sed nec & parturientes gravidas esse negant, tantum vero inquit, abest ut gravidis reliquo gestationis tempore opituletur Aristolochia, ut contra maximè nocet, quandoquidem ē locis mulieribus, mensis & secundas, & partus emortuos educendi vim habeat, myrra & pipere albo additis, pota vel subdita, ut ipse docet Plinus in calce lib. xxvi. & ipse Dioscorides. Quare in nominis assignatione, & erroribus parum sibi constare videatur Plinus. Sed quid obest, quo minus gravidæ nomen hoc impoluerint, ac dum gestarent colegerint, ac in usum necessarium reposuerint. Fieri enim facile potest gravidas metu difficilioris partus Aristolochiam sibi comparasse nomenque sic à sperato auxilio dedisse, ac custodiisse ad partus homini, ne tum forte lipis ope ejus destitutis vel partus minus felix procederet, vel secundinæ retinerentur. Malum vero terra dicitur, ut ex versibus Nicandri palam fieri, quod mali pyri que instar fructum gerat. Theophrastus quot Aristolochiae genera sint non tradit. Duo Nicander novit, tria Dioscorides, quatuor Plinus. Nicander marem & fœminam describit, cuius versus, quia non sunt invenuti, lucis que aliquid præbent Dioscoridis delineationi, in medium adferam.

Ἐπεὶ δοῖσιν λοχίας παλινοῖς ἐδεσπότοις  
φύλατε κισσίτας αἰσχυλυτίστοις φίρεσσοι.  
ἄσθειοι δὲ μούριοι εἰσενεγένεται, οὐ δὲ ἐδρά  
οὐδέποτε εἰσχειρίζεσθαι μεσος οἱ διάχρονοι περπότ  
μυριδέων οἱ οἰχητοι μεταφράσσεται οὐκον.  
πίζαν δὲ θελυτρίς μεταφράσσεται βασιδέων οὐκον.  
αρσενοὶ οἱ αὖ δελιχότες εἰσαποτέλεσθαι  
πέλκας δὲ κεριδούς αποτελεῖσθαι.  
τοιούτοις οἱ οἰχητοι μεταφράσσεται οἰχητοι.  
οὐρανίστες οὐρανοί αποτελεῖσθαι. οἰχητοι πατέρων  
οὐρανίστες μεταφράσσεται πατέρων οὐρανοί.

*Aut umbrosa colens & aristolochia terenda,  
Illa periclymeni solis, hederæque propinquis,  
Floribus hygino rubris, & odore molesto,  
In medio cuius fructum pendere pyrastræ!  
Myrtle quamvis fert ochne vel baccha videbis!  
Fœmina tuberibus radicum nixa rotundis  
Germinat, at maribus longæ, cubitoque sub alma  
Defossa terra, buxæ color intus utrique.  
Haud temere invenia medicamen moribus ullum  
Vipereis prodesse magis, si frustula drackme  
Pondere flaventi libeat miscere falerno.*

Poëta doctissimus duo inquit Aristolochiae esse genera, graphicèque describit, folio periclymeni hederae, floribus purpureis, graveolentibus, in quibus baccæ, pyro sylvestri conformes, radicibus in fœmina quidem rotundis & in orbem congregobatis, rapido modo. Unde & rotundæ nomen illi datum; in mascula vero longis, utrisque colore buxeo. Eadem ferè Dioscorides. lib. iii. cap. iv. Επεὶ δὲ οἱ μῆτρες τερπούσταις, φύλατε κισσίτας, τυριδέων μεταφράσσεται, τυποτρόπουσι. οὐποτέ πολλοῖς βλασφοῖς οὐρανοῖς πίζαι (vetus εἰ μῆτρες πίζαι) τα δὲ πλήματα οἰχητοῖς, οὐδὲ λευκοῖς πλήματα οὐρανοῖς εἰσενεγένεται, οὐδὲ μακροῖς πλησιάζεις οὐρανοῖς εἰσενεγένεται. οὐδὲ μακροῖς πλησιάζεις οὐρανοῖς εἰσενεγένεται.

περιεγέ τῆς σπρυγγύλης. ἡ λαντάνη, ἡς αὐθιμάτης τὸ μήνας, ἀνθετος πορφυρία, δυσπέπτει, ἐπει τέλεται ἀπό τὸ οὐρανόντος γένεται. ὅπερ εἰδεῖ τῆς μητρὸς σπρυγγύλης φερόμενος, γεγγυλίδης ὄμοιος. η εἰδεῖ τῆς μακροῦς δάκτυλος ἔχει τὸ παχύτερον αὐθιμάτην, ἡ καὶ μείζων. αὐθιφόρης εἰδεῖ πολλά, πυξειδῆς ἴδεται, (Mathioli & Catacur: codex αὐθιφόρης εἰδεῖ πολλά πυξειδῆς. ambæ autem plerumque buxeo sunt intus colore.) πικραῖται τὴν γένεταν τῷ βεβαμάδει. Id est, in ejus generibus quædam est rotunda, quæ fœmina vocatur, foliis hec est hederaceis, cum acrimonia odoratis, subrotundis, mollibus, cum multis ab una radice germinibus. Sunt t' vero prælonga velut sarmenita, flores candidi pileorum similitudine, in quibus quod rubicundum est graviter olet, longa autem Aristolochia Mascula appellatur, & dactylitis, foliis quam rotunda oblongioribus, ramulis tenuibus, fermè dodrantalibus, flore purpureo, graveolente, qui ubi defloruit, pyro similis evadit. rotunda radix in orbem, rapi modo, conglobatur, longæ vero digiti crassitudinem implet, dodrantalis aut etiam major, ambæ colore intus buxeo, gustu amaro ac viroso. Nicander utramque videtur Aristolochiam describere flore hysgino, id est rubro purpureo. Quod de mari tantum intelligendum esse, docent verba Dioscoridis. Ex quibus unum tantum rotundæ genus ipsum novisse constat, cum duæ recentiores observarint. Utraque tam longa, quam rotunda, fructum fert pyri sylvestris forma, sed rotundior fœminæ, quam maris. Marem Dioscorides Dactylitum vocari ait, quod radix quatuor, ut ait Plinius, digitorum sit longitudine, dodrantis implere scribit, Dioscorides longitudinem, cum Nicander easdem cubitales dicat. Idem Dioscorides crassitudine digiti easdem tradit, Plinius, baculi. Nostri, inquit, malum terræ vocant, & quatuor genera ejus servant. Vnum tuberibus radicibus rotundis, foliis inter Malvam & Hedera, nigrioribus molitoribusque, alterum masculæ radice longa, quatuor digitorum longitudine, baculi crassitudine. Docet experientia, hujus reperi radices, quæ non modò baculum, sed brachium crassitudine superant. Quæ ostendunt verba Dioscoridis non de proverbia, sed de trienni & juniori intelligenda esse; Nam adultæ radices junioribus quadruplo, non raro crassiores, & multo maiores conspiciuntur. Utraque hæc Aristolochia, satis nota. Longa multis statim à radice tenuibus quadrangulis ac viticulosis flexilibus duos palmos longis, nonnunquam longioribus; humili diffusis germinat caulinis, circa quos folia hinc inde mollia, odorataque, minora firmiora;

Aristolochia longa.



ac dilutioris quam rotundæ coloris, flores juxta folia oblongi, cavi una parte, longiores, coloris purpurei, odoris gravis; fructus turbinati, striati, exiguis pyris conformes, qui maturato semine, in quinque ut plurimum partes disiliunt, quod triangulum

est & latum ac coloris initio rufi, mox fulci. Radix pro ætatis, ut dixi, ratione variat. Adultæ enim magnitudo longè amplior, quod sæpe ut auctor est Doctiss. Clusius, crassitudine brachium, longitudine pedem æquat, differt etiam à juniore, quod extrema parte obtusa sit, & æqualis fere per totam longitudinem crassitudinis, subinde tamen cuspidé ramosa, junioris vero gracilis, multasque fibras habet. Duo longæ observavit diligentiss. Clusius genera. Unius enim flos extima pars, interiore parte purpurei coloris est, quæ in alia herbacea. Differunt etiam, quod in novellis, alterius radicis pars extrema sit gracilis, alterius obtusior ipsaque radix brevior. Rotundæ duò quoque observantur genera, quorum prior multos ex una radice caulinulos, cubitales, quadrangulos, quibus ex intervallis folia adnata sunt mediæ inter malvæ (ut observavit Plinius) & hederæ folia magnitudinis, venosa, mollia; ex viridi nigricante colori, brevi pediculo, his oblongi incumbunt flores, instar tubæ cavi, ex purpura nigri, quorum labrum pronulum, seu extima pars latior est, quam in longa, aut clematitidis flore, & tota nigricans. Hos sequitur fructus rotundus, parvi melopeponis forma, qui multa grana continet;

Aristolochia rotunda.



ordinē disposita, lata, nigricantia, intercursantibus quibusdam membranis, & materia etiam fungosa, alba, fungulis granis interposita, quod reliquis Aristolochiæ generibus commune. Radix est ampla, tuberosa, rugosa, foris fusco, intus buxeo colore prædicta, cortice crasso, & carni adhaerente. Altera ut Diligentiss. & Doctiss. observavit Clusius ramulos habet seu palmites prioris, sed frequentiores & breviores, folia longæ quidem formam & colorem æmulantia, sed majora, longioreque pediculo, quam superioris fulta, florem ex albo purpurascens (Hoc genus observasse videtur Dioscorides; si clematitidem erectum non descriptit) interius fuscum, longæ flori pene fanilem, ejus fructus priore longior, pyri in modum turbinatus, graciliore quam in illa meta; semen planum, minus priore, & rufum, radix superiori similijs; cortice tamen magis flavo.

Has

Has aristolochias in Belgio conspicere, perquam raro datur; frigoris admodum impatiens, in Hispania, Gallia Narbonensi, & aliis calidis reperiuntur regionibus, in quibus primo vere florent. Tertium genus à Dioscoride his tere verbis describitur. *'Ετι δὲ τοῦ παχέος, ἣντας καὶ εληματίπτον καλύται, καὶ οὐκετος λεπτός, θύμοις παραστρεψύσθεις. αἰτίαν μικρής ιοντος πάσχειται, ἀλλὰ ιοντος παχαίος. πίζας μακρύτερος (vetus σφυγγίδας μικρής). Oribal. μακρύτερας longissimas) λεπτάς φλοῖς ἔχοντος παχύος & αρραβονίον, οἷος χειροπινέσσων μηρέψοις τας τοῦ μικροῦ σύνθετος. Est etiam longa, qua etiam clematis, quasi sarmentosa seu sarmentosus vocatur, ramulos habens tenues, foliis refertis subrotunda, minori semper vivi similibus, flores rutae, radices longiores, tenues crassae, aroma redolente cortice, vestitus: Quia privatum unguentariis ad unguentorum spissamenta conducunt. Suspecta admodum, botanicas vox αἰτίας, restituunt αἰτίας, ac μικροῦ expungunt, cum tamen asari folia non subrotunda, ut de clematide Dioscorides, sed circinatae rotundatis sunt: vulgariter præterea defendunt lectionem Oribasius, Avicenna, Serapio, ex quorum scriptis corruptum non esse codicem perquam facile colligitur. Nec sit credibile omnes in depravatos incidisse codices. Videtur observasse Dioscorides hujus folia non esse acuminata, sed ad instar minoris semper vivi propemodum obtusa, vel quod crassula fuit ad semper vivi minoris crassitudinem accedentia. Corrigunt etiam αἰτίαν παχαίον; idque quia non vident, qua ratione aristolochiae flores rutae floribus assimilari possint. Legunt παχαίον quod omnes Aristolochiae, florum licet colore diffideant; eorum tamen figura una & eadem conspicuntur, quam esse pileorum intar, ante tradidit Dioscorides: vulgariter lectionem probant auctores citati. Quare probabile, Dioscoridem comparasse rutae floribus, quod utriusque, rutae & Aristolochiae, flos sit concavus, & ex luteo pallidus: Fert enim ruta in summitate flosculo pallido-luteo, ex quatuor aliquantulum concavis foliolis commissis, in quorum medio quadrangulare, raro quinquangulare capitulum eminet, totidem loculos, quot angulos continens. meminit hujus Aristolochiae uti & quartæ Plinius loco citato. Tertium longissima tenuitatis, vix novelle, cui sit præcipua vis, quæ clematis vocatur, ab aliis Creæsca. Omnes colore buxeo, caulis parvis, flore purpureo, ferunt baculas parvas, ut capparis, valent radice tantum. Est & quæ pistolochia vocatur, quarti generis; Tenuior quam proxime dicta, densis radicis capillamentis, junci plenioris crassitudine. Hanc quidam polyrrizion cognominant, odor omnium medicatus, sed oblongæ radici tenuiorisque gravior, carnosus enim est cortex, unguentis quoque nardinus conveniens. Nascuntur pinguis locis ac campestribus. Effodere eas missibus tempestivis; ita desquamato terreno servantur. Plura in considerationem veniunt. Leggo ex optimo codice, tertium longissimæ, tenuitatis vix, cuius sit præcipua vis, quæ clematis vocatur. Quam lectionem verba Dioscoridis citata comprobant. Illud considerandum, quod inquit, hujus esse præcipuum vim, cum tamen Dioscorides clematitidem ceteris quidem ait esse fragrantiorē, sed ad medicationes inefficaciorē. Dioscorides ad finem cap. vi. Δοκεῖ δὲ τὸ εληματίπτον πάχειον τὴν αὐτὴν πολλα ταῦτα τοῖς αἰλλαῖς δοῦναι, οὐδὲν επιμηκεῖν. Creditur & clematis ad eadem pollexe, sed efficacia tamen cedit antedictis. Galenus, lib. vi. simpl. Aristolochia in pīza κειμενίσατο τοῖς ταῖς ιδεῖς παχεῖον τὸ ιστόδρυνον παραγόντα. λεπτηρίσατο οὐκ αὐτῶν ιστον τὸ προγρύνον κατὰ πάντα δρασκαντέρα. τοῦ δὲ ἄλλων δοῦν, οὐ μία εληματίπτον παχεῖον μήν, οὐδὲ τοῦ παραγόντος τὰ μέρη κειμένη ταῦτα μηρέψοις αὐταῖς, τοῖς ταῖς λαῖς ή αἴθεται, ή μακροῖς ή οὔτοι λεπτηρίσατο ιστον παραγόντας, &c. Aristolochiae radix multo est ad medicationes utilissima, amara & subacris, sed ex illis omnium subtilissima est rotunda, aliarum vero duarum, quæ clematis appellatur fragrantior est, atque ea ad unguenta utuntur unguentarii, sed ad sanationes infirmior. At longa quidem minus tenuitatis obtinet quam rotunda, &c. Non desunt tamen, qui clematitidem Aristolochiam, in Theriaces compositione recipiendam statuunt, idque quod Andromachus senior. ηλεκτρῆς πίζας αἴσασθε. Illud constat Nicolaum, aliosque gravissimos viros, longam in usum Theriaces reponere, quorum sequor sententiam. λεπτοῖς dicitur Andromachus, vult juniores, nondum adultam, ac*

triennem eligendam, quippe antiquior fungosa est, quæque facile corrumpatur & à vermis erodatur. Et hac de causa Dioscorides longam crassitudine dicitur dixit, quod hæc optima & præstantissima, hanc etiam tenuem respectu rotunda dixit poëta. Malunt alii pistolochiam recipere, idque quod clematitidi & odore gratiore, & medicata facultate antecellere videtur. Verum cum Græcorum nemo pistolochiæ mentionem fecerit, nec ipse Plinius, ceteris anteferendam dixerit; cur horum sequar opinionem, non video. Falsum est quod ait Plinius omnes caules habere parvos, & flore constare purpureo. Vide verba Dioscoridis supra citata. Nec rotunda altera, nec clematis flore est purpureo, baculas longè quam capparis majores esse probatione non eget, ipsa experientia clamat, docet autopsia. Recentiores duas describunt clematitides; quarum una erecta, quam Saraceniam vocant, nec pro legitima clematitide habent; altera repens, quam Hispanicam vocant, quod in Hispania & Clusio primum sit reperta, quanquam in Creta à Bellonio, ut ipse Doctiss. tradit Clusius, antea fuerit observata. Vulgaris sine erecta reliquis similis est, altior tamen ac procerior quam longa aut rotunda, caulem habet firmorem, rotundum, striatum, supra cubitalē altitudinem assurgentem. Hujus folia & reliquæ foliis multo ampliora, ex viridi pallescentia, longo fulta pediculo, forma longæ, vel potius rotundæ alterius folia referentia, id est subrotunda, nec in angulum acutum definentia, sed ad instar minoris semper vivi obtusa, ac nonnullis crassula, flos pallidus,

## Aristolochia Clematis.



copiosus in singulis aliis, qui in aliis generibus singulæris, longæ floris formam quoddammodo referens, quo evanescere, succedit fructus, reliquarum major, exigui malo magnitudine, semen continens quale est reliquarum Aristolochiarum, sed majus. Hujus radix, quo reliquis cum gravitate quadam (quæ tamen in fiscata perit) est odoratior, tenuis & ad minimi digitæ crassitudinem nunquam accedens, longè lateque serpit, & altissimè sub terra mergitur, adeò vivax, ut etiam frustulatim concisa, facilime renascatur, & magna difficultate eruatur. Qua de causa subinde molestiam iis adfert, qui illam levem in suos receperunt hortos, quod præ ceteris noster testatur. Editio- ra tamen amat loca, & nonnullis Narbonensis Galia vinetis, adeò frequens est, ut yina, ab illius odore, Aaaa 3 vitium

vitum contrahant. Invenitur & in plerisque aliis Galliae, Hispaniae, Hungariae, utriusque Germaniae locis. Floret apud nos aestate, fructus autumno colligi possunt. Non esse hanc longam veterum, flos est pallido luteus docet. Aliud Aristolochiae genus circa Hispalim, itinere Olyssiponensi, plurimisque aliis Boeticæ, in dumetis, vepretibus, & quibusdam verutis olivetis sponte nascens, obseruavit idem Clusius; quod ad clematitem merito referri posse scribit. Id longa, ramosa, tenuia, striataque habet sarmenta, quibus vicinas sepes, & interdum arbusculas superat, iis sepe convolvens atque implicans, convolvuli aut lupuli modo, folia illi reliquarum aristolochiarum similia; seu potius generis illius apocyni, in maritimis nascens, Mompelliani scammoneam tempore Clusii appellabant, extremo mucrone acuminata, superne levia & viridia, inferne ex purpura albicantia, longo pediculo innixa, flos Aristolochiae longæ incurvus, oblongus, ex purpura nigricans, intus tenui lanagine plenus, longissimo omnium pediculo insidens; fructus, ut ex illius rudimento colligere licet, reliquarum Aristolochiarum similis. Tale etiam esse semen, ex eo quod Doctor vir Simon de Tovar mittebat, obseruavit Clusius, fructus vero æquè magnus, ac in clematide vulgara, & à pediculo dehincens, radix prælonga, sarmenticia, similacis asperæ instar (cum ejus crassioribus fibris magnam habet affinitatem) nunc pet summa serpens, mox altè sub terra se condens, pallidi coloris, non integrati saporis: gustata enim aliquantulum adstringens reprehenditur, & manifestæ acrimonie. Tota planta odorata est. Hujus meminit Bellonius lib. 1. obs. cap. xvii. Aristolochia porro quartum quoddam genus, à tribus reliquis veteribus descriptis diversum inveniatur, arbores scandens ac premens, ephedra (an scriptum fuit, Hedera) & similacis modo, alioqui conveniens solis, floribus, semine, radice, sapore, & odore cum clematide. Hoc genus botanicæ pro vero legitimoque habent clematide. — Quorum opinionem improbo; quod folia non sint obtusa, sed acuminata, nec flos colore rutæ: sed asarum

pro sempervivo legendum contendunt. Hanc supra refutavimus opinionem. Ponamus tamen sic scripsisse Dioscoridem, asari folia non mucronata, sed circinatae sunt rotunditatis: asaro itaque compatari non possunt.

Pistolochia, sive Aristolochia polyrrhizos.



Pistolochia caulinos magna ex parte pedales habet, nonnunquam maiores, angulosos, striatos, ut in Aristolochia longa, ramosos, tenuiores tamen, folia longæ foliis non dissimilia, nigriora, minora, magis rugosa, & aliquantulum in ambitu sinuosa, florem rotundæ priori forma æqualem; minorem tamen, & aliquando nigrum, interdum ex herbaceo flavescentem, frustum rotundum primæ fructus effigie, verum minorem: Semen etiam simile. Radix densis est capillamentis, junci, ut recte Plinius ait, plenioris crassitudine, buxeo colore. Nascitur in olivetis & petrosis

Aristolochia Indica.



Hispaniae, Galliaeque Narbonensis locis. Seruit floret reliquis Aristolochiarum generibus; ac hoc peculiare ejus fructus habet, dum maturuerit. Ea qua pediculo adhaeret parte dehiscat, ut in Boetica clematitide. Novam & peregrinam hoc anno 1634 vidi in horto medico Lugdunensi ex Virginia delatam quæ caulinulos duos aut tres mitit dodrantales, aut paulo minores, circa quos folia sex vel septem Asclepiadis, & aristolochiae clematitidis boeticæ formam coloremq; referentia, flore est atro purpureo tortuoso repente, terram incumbente; Radix parva, tenuis, digitum minorem nec longitudine nec crassitudine excedens, uti pictura affabre delineata ostendit. Restat indagandum, de quo Aristolochiae genere scriplerit Theophrastus: Quidam Botanici de clematitide putant. Refelluntur hi ex cap. ult. hujus libri, ubi Aristolochian *παχία* inquit, cum *λεπτή* clematitidem dicat Dioscorides: de longa itaque vel rotunda verba accipienda sunt Theophrasti. Nostra opinio est, rotundam describere præceptorem, idque quia *νοξ παχία* de rotunda potius, quam longa (quamquam & de ea accipi potest) intelligi debeat, tum quod ad morbos, quos recenset Theophrastus, Dioscorides rotundam laudet, uti mox palam fiet. Folium aristolochiae alsine simile esse, sed rotundius tradit. Corrigunt *ιλέων*, sed ipsam alsinen helxines folia habere tradit Dioscorides lib. 14. cap. LXXXVII. Ita in *σμοις* *ιλέων* *παχεωντος* dicitur καὶ μαραχοφυλλοντος. Et εἰ δοσια. Herba est helxine similis, humilior, longioribusque foliis, ac minime hirsuta. Perinde itaque an *ἀλσιν*, an *ιλέων* legatur. Sed alsines vel helxines foliis, veterum nemo Aristolochiae folia comparavit. Corruptum codicem esse non dubitamus, & ex Nicandro, Dioctride ceterisque botanicis, Græcisque antiquis, τῷ κισσῷ restituendum, nec aliter scripsisse Theophrastum ipsa comprobatur experientia, Hedera non tantum junioris, sed ætatis proiectæ foliis est rotundioribus. Legunt etiam μάλιν, quod buxeo sit colore, nisi vulgatam placeat retineré lectionem, quod foris sit fulca, intus buxeo; tum quod infra capite ultimo idem repeatat. Peritilem, inquit, ad caput, ulcera maximè capit. Ad ulcera à Diolcoride rotunda præscribitur; Unde colligi potest, de hac agere magistrum. καὶ οὐκέτι περιχρεῖσθαι; Et τὸ πυροῦ φύλλον ἀστερού σιγαρον. μηδὲν δὲ καὶ τὸ χροὰς ὄμοιον. καὶ αὐξανεται καὶ Φθίνει ἀμα τῇ αἱμπέλῳ. ταῖται δὲ πέντε τὰ Φύλλα. διὸ καὶ ἡ αετοπτερία. καλλέσ δὲ ἐπὶ γῆς ἵππο λεπίδες, καὶ \*

τὰ αὐτὰ ὅρη. οὐ δὲ προσβόλη ποιεῖ τοῦτο εἰς τοπειαντινον. οὐκ εἴλοτος οὐδὲ βοστὴ ἀδικαστος, λυγμῆς, φίγαι, απλησί, φρυγαστος, απόσμαστος, ἀλγήματος πάνωσες, πρόσωπον μετ' ὕδατος. αιραγετος οὐδὲ σκόλοπας, ἀκίδαις. λεπίδης οὖν καταπλαστορούντις φύλλον. Porro ceteris quidem venenis resistit rotunda, at longa contra serpentes, & venenata, drachma pondere ex vino bibitur, atque etiam imponitur, pota pipere & myrra additis, purgamenta omnia post partum in utero relicta, mens & pars ejicit: eadem quoque efficit subditam in perso, & rotunda ad eadem, ad que & ante dicta est efficax. Ex abundanti vero suspensus, singulisbus, horroribus, liseni, ruptis, convulsis, & lateris doloribus pota cum aqua auxiliatur, extrahit & imposita aculeos ac spicula, ossiumque squamas removet. Plinius contra, rotundam adversus serpentes apriorem vult, quod sine dubio habet ex Theophrasto. Lego ex capite ultimo, αὐτὸς ἔπειται προς ιστίας ad secundas ejiciendas optimum esse, quod Dioscorides Græcique testantur omnes, & inde nomen accepisse supra probavimus. Τὰ μὲν οὖν τὰς ἑταῖρας καταπλασταὶ. Sic legendum, ipsa series orationis dicitur. Sequitur paulo infra, εἰς οὐρανούς περιπολίας, &c. Idem iisdemque verbis repetit capite ultimo: ex quibus non ad verbum exscriptissime hunc locum Apollonium in admirabilibus colligo. Θεοφραστος, inquit, εἰ τῇ αὐτῇ φύτει περιχρεῖσθαι εἰς αὐτὴν περιπολίαν οὐτε περιπολίαν καταπλασταὶ πλάνος οὐρανος. Corruptus Apollonii codex. Legendum, εἰς τὴν μάλιν φύτον περιπολίαν, &c. Quod si matrices preciderint, (præbiberint Doctiss. interpres vulgariter fecerint, inepit) aqua madefactam perfundent per multos dies.

\* Αὐτὰς μὲν οὖν γλυκεῖς. Non convenient, inquit subtilissimus Philosopher, epilogus cum superioribus. Nam hæc (*Aristolochia*) amara est. Non est epilogus historiæ Aristolochiae, sed concusso, radices nonnullas dulces esse, amaras alias. Quare ex ipsis verbis Theophrasti legendum pater, αὐτας μὲν οὖν γλυκεῖς, αὐτας δὲ πηκτεῖς, αὐτας δὲ βαρεῖς.

Quædam, inquit, ex dulcibus, mentis alienandi facultatem habet. Quæ hæc radix, aut quo nomine dicatur, non docet; difficile est, quam putet, conjectare. *Scolymo*, inquit, esse similem. Ad recentiorum illa non pervenit notitiam, nec opus est noscatur. Servent hanc sibi Tegeæ incolæ, alteram quoque mortiferam retineant Thraciæ incolæ; Non labore, nec opto ut deferatur ad Batayos.

\* Εχνος δὲ εἰς τοὺς κείματα. Hic novum caput auspicari debuera Theodorus. Novam siquidem tractare incipit materiam præceptor. Hactenus enim de gustis, nunc de colorum differentiis agere incipit. Male οὐρανούς, caruleas vertunt. Qualis color vinosus sit, cuncte de cinamomio, docuimus.

## ΚΕΦ. ΙΔ.

## C A P. XIII.

*De quinquefolia, sive quinquepetala. Nec non de rubia, fidicula, quæque & quot annos serventur illæsæ. Elaterium medicamentorum omnium diuturnissimum. Quomodo radices deteriores fiant.*

**H**εδε δὲ πενταφύλλα η πενταπέτετα, (καλλέσ ζαρ αμφόρεως) ὄρυζομένη ἐρυθρεῖ. ξυρανομένη ἢ μέλαινα γίνεται εἰς περιχρων. εχει δὲ τὸ ιδίον φύλλον ἀστερού σιγαρον. μηδὲν δὲ καὶ τὸ χροὰς ὄμοιον. καὶ αὐξανεται καὶ Φθίνει ἀμα τῇ αἱμπέλῳ. ταῖται δὲ πέντε τὰ Φύλλα. διὸ καὶ ἡ αετοπτερία. καλλέσ δὲ ἐπὶ γῆς ἵππο λεπίδες, καὶ \*

\* Τὰ δὲ ιστίας κυνίμας εχει πυκνας. \* τὸ δὲ ἐρευθέδανον καὶ φύλλον ὄμοιον κιτίων, τολειον προγυγυλόπερον. φυεται δὲ λοι ιχει κυκλιδει, δημοιον ἐπὶ γῆς ἀστερού ἀχεωσις. φιλει δὲ καὶ παλιόκισις εχει τολειον. φρητικὴ δέ. διὸ καὶ χρονικὸν πέδον τὸ τῆς οσφύος φύλλον παλιγνυματα, καὶ πέδον τὸ τῆς ισχιαδοῦ. ενιας δὲ ιδιόμορφοι πέδοι. ἀστερού η τὸ στορωτικὸν καλλυδίσ, η τὸ πλυντοδίσ η ιδρὸς γαρούς ὄμοιος πορπιώ. εχεισιμη δὲ πέδος τῶν πληγῶν αὐτοῦ πέδος αὖτις απλα, η δὲ τὸ πλυντοδίσ δασεῖσ. Ε

**V**INQVEFOLIA, sive quinquepetala (nam hoc etiam nomine appellatur) cum effuditur, rubra est, inarescens vero nigrescit, atque quadratur: habet folium vitis, sed pusillum, & colore simile vitigineo est, & augetur, & desinit cum vite. Folia omnia quinque, unde & nomen. Caules prætenues mittit, & crebris internodijs † *Rubia* constat: † *Rubia* folio edere, rotundiori tamen *lio* constat consistit: nascitur humi: caulis modo graminis. Loca amat umbrosa, ciet urinam. Qua de causa *in orbem circumactio*. simili eri- ad lumborum, & coxae dolores ea utuntur. Non *lie*. sed aspe- defunt & quæ forma quadam peculiariter spectentur; *riore*. Na- ut \* nepæ vocatae radix, atque fidiculae. Altera scitur humi, enim speciem scorpionis representat, & utilis ad modo gra- ejus ictum, & ad alia quædam habetur: † *fidelicula* *minis*, vero hirsuta, & acetabulis cavitosa, ceu polypo- \* *Aconitot*, dum cirri. Purgare inferius apta est. Vbi quis *cui nomen* *scorpius*, *cam contigerit*, polypum innasci affirman. Fo- † *Polypodii*. lium

# THEOPHRASTI

1112

έχοντα κείμενόν τούς οι τοῦ πολύποδος πλευράς. παθαίνει δὲ κάτω. καὶ τοῖς φύλαις, ὡς Φασιν, εὐφύεστη πολύποδη. ἔχει δὲ Φύλαν ὄμοιον τῷ περιόδῳ τῷ μεγαλητῷ. καὶ φυτηκός τοῖς πότεροι. πασῶν δὲ τῶν ρίζων, αἱ μὲν πλειόνες εἰσὶν, αἱ δὲ εἰλατίων Διαφύλακτον. ὁ μὲν χρώματος πλειόνες εἰσὶν, αἱ δὲ εἰλατίων Διαφύλακτον. ηδὲ τοιχάντες ἐπιχρύσουν. ηδὲ δειπνολογία πέντε καὶ ἕξ. καμαλέων δέρεται μέλας, πεπαρσίνων. κενταύρεις δὲ δέκα καὶ δώδεκα. πίεσθαι δὲ ηδὲ ρίζα καὶ ποική. πεικέδανον δὲ πέντε ηδὲ ἕξ. απτέλετον δὲ αγριόλινον, εὐαντόν, εἴσοδος δὲ σκιάς ηδὲ ἀπληκτόν. εἰ δὲ μηδὲ λαπεῖς καὶ τούς συγκαίδημα. αἷλας δὲ ἄλλος ἔχοντας ρίζας. παντας δὲ σόλως τῶν Φαρμακῶν πλειόνες Διαφύλακτον τὸν εἶλατην. καὶ τὸ πλαστόποτον ἀριστόν. λατρεός δὲ γνώσης εἰλεγεν εἰκόνας αἰλαζών καὶ δέκας ψέντης, αἱς εἴπερ αὐτῷ Διαφύλακτον ἐτῶν. Γανυματίν δὲ τῇ δέξει, δέντρον δὲ πινακίδας δάρον. αἵτια δὲ τῆς ζευνίστητος ηδὲ υγρότητος. οὐδὲ γαρ πάντων καὶ σταύρων ιθέσιον ηδὲ εἰς τὸ Φραγμόν καὶ υγραῖς. Εἰδούσις ξηράς γίνεται. αἷλος αἵτια πεντήκοντας ἐτῶν σεβεννυσιν περιστρέψαμεν τὰς Λύχνας. Φασι δὲ μόνον μάλιστας \* υπὲρ ίων αἴσια ποιεῖν τῶν Φαρμακῶν. αὕτη μὲν δὲν ιδότης τῆς διαφύλακτος. τῶν δὲ ρίζων σοματικόν μὲν γλυκύτητος πινάκης, συμβάνειν θεραπεύεσται γίνεσθαι ζευνίστητος. σοματικόν μὲν δελματικόν, τόποι μὲν μὴ πασχεῖν. αἵμαντροθαῖς δὲ αὐτῶν ταῖς διαφύλακτοις μαντικήμαντροις κανεναρίδαν. τῶν δὲ ἔξω θηρίων, ἄλλο μὲν γύρεν αἵματας ρίζας αἵματας. ηδὲ σφρανδύλη πασῶν. τόποι μὲν δὲν ίδιον τῆς Ζέωνος Φύσεως. πᾶσαν δὲ κείρων γίνεσθαι ρίζας, εἰς έσον τῆς πλειαθήνας καὶ αἱρεσθῆνας τὸν καρπόν. αἰσιόντων δὲ διὰ τὸν καρπὸν εἰς ὅπιστης τῶν ρίζας. αἱς ἐπιπολὺ δὲ αἱ Φαρμακάδεις, εἰκόνας ὅπιστοις τῶν ρίζας. αἱς ἐπιπολὺ δὲ αἱ Φαρμακάδης, αὐταὶ δὲ διὰ τὸν καρπόντας. κρῆθαι δὲ πινακίδας ματιλόν Φασι ταῖς ρίζαις. ὅπις ισχυρόπεδος, ηδὲ υπενυγκεῖν τὸ Κάμα. Φαίνεται δὲ καθόλη τόποι αἱρεσθῆναι εἰς οἰς Αντικύρα τῆς ποικιλόδεις ἐλεύθερης διδόσασιν. ὅπις οἱ καρπὸς ὄμοιος οποιμός.

## JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**H**ec tē πιπεφύλακτος. Postquam multas coacervavit sub prima divisione: τοῦ δὲ πιπεφύλακτος: Ad jungerem ego hanc quoque partem superioribus, eodem tendre capitis ejusdem. Præsertim cum et alias aggregat. Quod si hic secas ob colorum differentiam, ibi etiam secabis: inquit διδομένοις.

*Animadversas similem superioribus felicitatem cum Rubie folium edere attribuit.*

*Πατῶν δὲ πιπεφύλακτος. Hic etiam secabis, si fecerint superiores. Alia nanque materia est: Quippe quantum que-*

## IOANNIS BODEI A STAPEL

**P**entaphyllo unde nomen acceperit, ambigit nemo. A quinque simul foliis connexis, Latinis quinque folium dici, in confessio est. Eadem de causa πιπεφύλακτος, πιπεφύλακτος, πιπεφύλακτος, & ut apud Nicandrum in Theriacis legitur πιπεφύλακτος. A quinis videlicet foliorum divisuris. Galenus lib. v. κατατοπτης. cap. ix. Eupatorium à quibusdam vocari ait, οὐσίν τοις δὲ πιπεφύλακτος ρίζα, τοῖς δὲ πιπεφύλακτος πεποιητούσας εἰς ἄνθη. Eodem modo utere pentaphylli sive quinque foliis, quae ab aliquibus eupatorium dicitur, radice cotta ex vivo. Præter Archigenem, nemo quod sciam, pentaphylon appellatum eupatorium tradidit, sic dictum, quod ad eupatoriū modum, divitum ac in quinque folia fissum sit; Vide quæ supra

lium filicis magnæ proximum est. Nascitur in petris. Radicum vero omnium, aliæ plus, aliæ minus temporis durant. Elleborus enim vel annis triginta utilis est. † Malum terræ quinque, aut sex. \* Verbia. milago nigra quadraginta. † Fel terræ decem, vel \* Chamæduodecim. Pinguis hæc spissaque admodum est. Leon. peucedanum quinque, aut sex. Vitis sylvestris anno, † Centau- rium magne tressit, & inanis fungosaque redditur. Et alii alia tempora tribuuntur. Sed omnium medicamentorum diuturnissimum elaterium est, † opportunum que. quod vetustissimum. Itaque medicus quidam vir haud † insolens neque mendax, elaterium du- † Gloriosus. centorum annorum virtute mirabili servare apud se retulit, eo à quodam munere donatus. Causa quamobrem tam longo servari tempore possit, humoris copia est. Ea de causa postquam præciderint, in cinere humidum ponant; & tame ne ita quidem siccati potest: sed usque quinquagesimum annum lucernis admotum lumen \* extinguit. Hæc \* Obscurum igitur vis peculiaris isti tribuitur. Radices autem, reddit. Aquæ aliquam dulcedinem habent, vbi diu manse- sunt autem runt, vermiculis eroduntur. Quæ vero † acerbæ solum hoc eis omnibus acres sunt, id non sentiunt: verum rarefactæ medicamen- exinanitæque viribus, tandem hebetantur. E bestio- sis, maximè lis externis nulla radicem aliquam tangit excepta purgatio- sphondyla, quæ nullam intactam relinquit. Hoc nem inno- ergo naturæ animalis istius propriam deputandum dicam per superiora efficerem, si fructum perfici, ac crassificare reliqueris, igitur. manifestum est. Quod idem etiam de fructu asse- † Acrimo- rere licet, si radicis succum detraxeris. † Sed niam quan- magna tamen ex parte radicis medicæ succus nun- dam sorti- quam extrahitur. Cuius vero semen usum medi- canum præstat, hujus succum accipi opera- pre- tum est. Quidam uti radicibus potius jubent, cuius radicis ex parte suc- quoniam fructus fottior sit, quam ut corpus valeat in re tolerare: sed hoc in universum haudquam medica usu rum esse appetet. Anticyrenes enim fructum se- nunquam samacei ellebore dare solent: qui sesamæ similis est.

ρετος, ηδὲ οἱ καρποὶ, ηδὲ υπενυγκεῖν τὸ Κάμα. Φαίνεται δὲ καθόλη τόποι αἱρεσθῆναι εἰς οἰς Αντικύρα τῆς ποικιλόδεις ἐλεύθερης διδόσασιν. ὅπις οἱ καρπὸς ὄμοιος οποιμός.

que duret radix. Theodorus nescio quid publicè addidic de suo.

Καταπεφύλακτος. Theodori errorēm hic viri docti animadver- tere. De majore hic sermo, cuius radix non est amara. Non igitur ab eo, Fel terræ, debuit appellari. Hoc enim nomen minoris est centaurei. Neque ob radicem: quæ ne- que servatur, neque ulli usui est.

Σοκαδης. lego συμφυσίδης. Item lego, τοῦ λύχνας non autem, τοῦ αὐχενός. Theodorus non videtur agnoscisse quæ sequuntur. Φασι δὲ μόνοις τοῖς ιών αἴσια ποιεῖν τὰ Φαρμακῶν.

## NOTÆ ET COMMENTARIVS.

cap. de eupatorio, sive agrimonria diximus. Unum pentaphylli genus describunt Theophrastus, Dioscorides & Geponicus auctor. Ex Hippocrate veteres plura novissile lib. de ulceribus probatur. Ubi hæc scribit Hippocrates. Καὶ τὸν ποιεῖν τὸν πιπεφύλακτον διεισιδεῖν, τοῦ πιπεφύλακτον πεποιητούσας εἰς ἄνθη. (corruptus codex; album & viride esse, non fit verisimile. Legi cum interpretibus Σοκαδης. Quod lectio hæc, veritati proxima, ac in reconditissimis membranis, teste Faesio, reperiatur.) Ηγειρεται δέ τοις τοῦ πιπεφύλακτον, ηδὲ τοῦ πιπεφύλακτον πιπεφύλακτον. Et quinque solium herba, qua alba & lanuginosa est, altiusque à terra attollitur, quam quinquesolium nigrum. Duo itaque pentaphylli genera Hippocrati, album, & nigrum. De posteriori agit Theophrastus, quod ex his verbis

verbis Theophrasti constat κανές ἐπὶ γῆς ἵνα λεπτός.  
album elevari à terra, ait Hippocrates; οὐαράς doctissimus Gaza vitem vertit. Malui arbutum; quod arbuti  
foliis singularia pentaphylli sint similiora, quam vitiis.  
utrumque alioquin οὐαράς denotat: οὐαράς arbutum  
esse ex cap. xv. lib. i. probatur. Οὐαράς vitis folium  
significare Hesychius docet, οὐαράς τὸ τούτο μητέλη φύλλον.  
Theophrasti locum de pentaphyllo his fere verbis ex-  
scriptis Plinius lib. xxv. cap. ix. Quinquefolium nulli;  
ignotum est, cum etiam fraga gignendo commendetur.  
Græci vocant pentapetes, sive chamæzelon sive pentaphylon: cum effuditur rubram habet radicem, haec ina-  
resecens nigritas, & angulosas sit; nomen à numero foliorum habet, & ipsa herba incipit & definit cum vite, ad-  
hibetur & purgandis domibus. Quinquefolium fragis  
gignendis commendari dicit, quod ambiguum & ob-  
scurum est. Herba enim qua fraga gignit, non quin-  
na, sed terna singulis petiolis folia gerit. Novi pen-  
taphylon apud Batavos reperiri, quod fragiferum  
vocant, & id quidem ferre capitulum, ex seminibus  
aliquot confarctum, frago simile; sed obscurus, ru-  
bens, durum, ac asperum. Sed hoc non vidit Plinius.  
Potius videtur foliorum similitudine deceptus, inco-  
garanter cum pentaphyllo, quod esui accommodatum  
nullum producit fructum, miscere herbam fraga fe-  
rentem. Théoph. radicem quadrangulam fieri do-  
cet; Plinius angulosam. Sive quod quadrangulum  
illud & angulosum est, & in quatuor ut plurimum an-  
gulos, rotundam mutari radicem pentaphylli, recen-  
tiorum constat experientia, etiam augeri & definire  
cum vite. Pentaphylon describit Dioscorides lib. xv.  
cap. 42. Πενταφύλλον πλάτας φίρεντερον οὐαράς, λεπτής, απι-  
γμέναις, οὐαράς ἡ πρώτη φύλλα οὐαράς ισχυρὰ ιδύσσειν,  
πίπτει καθάπερ μέχρι, πανίσια οὐαράς πάντα πλάτα, κύκλον,  
έχουσα πλεονεκτός. ἀνθετά η οὐαράς λευκή, χρυσόνειν. Φύτην  
οὐαράς ισχυράς η πάπια η παρά οὐαράς. πέριξ οὐαράς ισχυράς επιφύλλον,  
παχυτήρας ηλιόβρον μίδας. ισι οὐαράς πολύχρονος.  
Quinquefolium ramulos ferre festucarum similitudine,  
tenues, dodrantales in quibus semen, folia menthae, quina  
singulis pediculis, raro plura, in ambitu serrata, florem  
ex candido pallescentem, auri æmulum. Nascitur in aquo-  
fis locis, & juxtarivos; subrubram vero habet radicem,  
oblongam, veratro nigro crassorem, cuius est usus multi-  
plex. Folia menthae comparat, quod magnitudine fere  
sint pari, formamque habeant non dissimilem. Eodem  
omino modo, ac iisdem fere verbis Caiusianus  
Bassus lib. 2. cap. v. describit pentaphylon, sed cor-  
ruptus codex, sic est restituendum. Πενταφύλλον οὐαράς  
πέλεις πολλὰ άνθετα πλάτα περφενδίνη, απιγμέναις, οὐαράς  
πλεονεκτός. φύλλα οὐαράς ισχυρά ιδύσσειν πάπια πλάτη μέχρι  
μέχρι, πανίσια οὐαράς η πλάτη πλάτη ισχυρά πλεονεκτός  
ἀνθετά η οὐαράς. Pentaphylon ab una radice ramulos pro-  
fert, festucarum similitudine dodrantales, ex quibus fru-  
itus prodit, folia habet similia menthae, in singulis pedi-  
culis quina, raro autem alicubi plura, circum circa ad  
serre similitudinem scissa, florem vero pallidum. Ex his  
patet, veteres etiam obseruasse quod & animadver-  
terunt recentiores, pentaphylon non semper quin-  
que, sed quandoque plura ferre folia, septem habere  
non raro vidi. Genera ejus observarunt recentiores  
plura. Sed quæ nam Hippocratis sint, non satis con-  
stat. Plures pentaphylon candidum, pro Hippocratico  
habent, caulinis id assurgit rotundis, cubitalibus, ac  
altioribus, foliis, & singulis pediculis cohærentibus,  
quinis, oblongis, ambitu profundis, incisuris crenatis,  
floribus candicantibus, fugacibus, neque diutine con-  
sistenteribus. Radices sublunt longæ, sensim attenuatæ,  
foris nigricantes, interius subrubentes, non absque  
tenuibus fibris adnatis. Est illud pentaphylon caule &  
foliis nonnihil hirsutum, inalbicans ac lanuginosum.  
Alii pentaphylon Hippocratis volunt tormentillam  
esse, sic dictam quod tormentum cruciatumque den-  
tium sævissimum placat, atque venenatum quarun-  
dam rerum compescat furorem, & cruciatum. Cau-  
linos promit hæc complures, tenues quandoque im-  
becilles, humique accumbentes, non nunquam firmos & erectos. Folia minora quam quinquefolii, nu-  
mero autem plura, septem enim simul cohærent, ser-  
rata, aliquando tamen quina tantum sunt, aversaque  
candida & lanuginosa. Flosculi lutei. Radix foris ni-  
gricans, interius rubet, crassa, tuberosa & brevis. Ho-  
rum opinio probabilius, quod tormentilla ad ulcera  
vetera efficax sit, siccetque sine morsu, & adstringat.

## Tormentilla.



tuti etiam quod alterius folia terræ adhærent non  
secus ac nigri, cujus plura recentiores observarunt  
genera. Theophrasti cum descriptione convenit, cu-  
jus figuram adposuimus. Habet radicem teretem,  
forinsecus nigricantem, intrinsecus rubentem, quæque  
siccata quadrangularis certinatur, nigriorque fit, quam  
ante fuerat, uti observavit Theophrastus. Folia habet  
minora quam candidum, quæque superiore parte vi-  
rent, inferiore vero albican & lanuginosa una cum  
caulinis sunt. Tertium serpit, & in horris sæpius  
conspicitur, quorum pestis est, non enim evelli potest,  
minima radicis portio relicta, novam vere producit  
plantam. Pro radicibus enim tenues fibras haber,  
quas hinc inde pluribus locis è viticulis dimittit, qua  
parte terram contingunt quibus latissime serpit, se  
ipsum multiplicans.

Td η ιερόδαρον, ιερόδαρον sive ιερόδαρον. Utrumque  
enim nomen habet teste Dioscoride & Plinio. Apud  
quem lib. xxiv. cap. xi. legitur. Alia est erythrodan-  
nus, quam aliqui erythrodanum vocant, nos rubiam, qua-  
tinguntur lanæ pelleisque perficiuntur. Utroque nomi-  
ne nullo significationis discrimine gaudet. Nam ιερόδαρος  
Græci rubrum, ιερόδαρον ruborem vocant. A radicis rubore,  
quo lanæ, coriaque tinguntur, nomen Latinum &  
Græcum impositum. Quem usum hodie etiamnum  
obtinet, ac non tantum apud Italos, Gallos, sed etiam  
Germanos, nonnullisque Belgij locis, propter emolu-  
mentum, quod ex ea fertur quæstuosissimum, ser-  
tū. Ita ut nonnulli rustici de coloribus magis, quam  
de frumentis sint solliciti. Eadem coloris causa ciu-  
bari rubiam vocari fecit. Infusa Græcia λυθεῖδος &  
ιερόδαρος appellavit, λυθεῖδος, crux, pulvis mixtus san-  
guine & sudore Græcis, teste Hesychio dicitur. λυθεῖδος  
μετεντόποιος ισχυράς αἰματος τὸ δόνον φόρος, καὶ τὸ ιερόδαρον  
μελιστικόν, οὐ μετά αἴματος φόρος, a sanguine ergo col-  
lore nomen. Ενθεῖδος tamen docti viri pro ιερόδαρος  
dici existimant. Quod veritati non videtur contra-  
rium. Supra cap. de glycyrrhiza refutavimus Αἴγιν-  
ται, rubiam Thapsion scribentis, opinionem. Galli  
garance vocant. Quod corruptum, & derivatum à  
varantia. Sic enim infimi Latini vocarunt rubiam. Va-  
rantia depravatum ex varantia, scribit doctiss. Sal-  
masius. Verantia, pro vero colore, ut aurantia, pro  
auteo. Antiqui Latini verum colorem de rubro &  
coccineo dixerunt, sic Græci λυθεῖδος, Myreplus rubia

*τὸν αἰλοῦτον πάντας*, vero colore inficit. Veteri interpreti Aristotelis rhetoriconum *μίνων ἀλογὸν πάννον τύber*. Hesychius *κινδύνες κρέμα αἰλοῦτον*. Auctuarii auctor sic dictam rubiam scribit, *οὐ δὲ δράγανος, οὐ δὲ κυνίδας*. Eadem ratione sandyx dicta. Vetus enim glossarum auctor, sandycem ait herbam tinturæ aptam, quam vulgus varantiam vocat. Varantium rubiam esse jam probavimus. Maro poëta rubiam sandycem vocare videtur ecloga. *iv.* qui versus interpretibus & Criticis Doctissimis multum negotii fecit, aliter atque aliter hunc locum exponentibus.

*Ipse sed in pratis aries, jam suaverubent  
Murice, jam croceo mutabit vellera luto,  
Sponte sua sandyx, paſcentes vestiet agnos.*

Sandyx, cinnabaris, dicta est rubia, quod instar sandycis, cinnabarilve pannos rubro imbuat colore. ignoravit Plinius lib. *xxxv.* cap. *vi.* rubiam sandycem dici: *Sandaracha*, inquit, *quomodo fieret, diximus; Fit & adulterina ex cerussa in fornace cocta. Colos esse debet flammeus. Premium in libras ases quini. Hæc si torreatur aqua parte rubrica admista sandycem facit. Quanquam animadverto Virgilium existimasse herbam id est, illo versu. Sponte sua sandyx paſcentes vestiet agnos.*

Judicium Plinii doctis non arridet. Nam licet percoris Virgilius in eo versu, herbas comedentis, mentionem faciat; non inde sequitur, sandycem esse herbam, ejusque colorem ad plantam illam referendam, magis quam ad muricis in versu praecedenti. Hoc dico, si herbam intellexit, de nulla alia planta exponentium carmen, quam rubia, & cur non licuit huic sandycem vocare, ut aliis cinnabarinis. Hesychius tamen arboreum interpretatur, fruticis instar, qui cocco similem colosum facit. *οὐδὲν δέ, inquit, δέρπον δημοδός, εἴ τοι διάθητο χρεῖσθαι μάφισθαι ἐχειν τοις σωστοῖς, &c.* Qualis hæc sit arbor aut portus frutex, me later. Illud constat, radicem rubia tingere coccineum rubrum coloratum. Ipsa ilex quæ coccus fert arbor ad instar fruticis, antiquæ enim glandes ferunt. Grammaticus deceptus est, vel locum Solybii non perceperisse videtur. Rubiam Theophrastus folio describit hederæ, sed rotundiori. Nullo modo hederam refert vulgaris rubia, codex itaque est corruptus, aut aliam à vulgaris describit rubiam præceptor, quod non facile credidimus. Corrigunt *κιονός* vel *κιόνη*, sed cistum. Dicordides foliis inquit esse rotundis; rubia folia sunt longa, acuminata, nihil minus quam rotunda. Frustra quidam hederæ comparasse putant, quod instar hederæ adhæreant. Satis aperte Theophrastus folia rotundiora inquit, qualia non sunt rubia. Non propter aliter scriptissime Theophrastum quam emendavimus: siquidem Plinius ita legit lib. *xii.* cap. *iii.* *In primis rubia tingenda lanis & coritis necessaria. Laudatissima Italica, & maxime suburbana; & omnes pene Provincie scatent ea, sponte provenit, seriturque. Similis est ervilia. Verum spinosus ac genicularis huic caulis est, quinis circa articulos in orbe solitis. Semen ejus rubrum est. Sic locus hic legi debet, erviliæ, intellige sylvestri, cujus folia refert, nisi quod sint asperiora, τεκχύπεροι, Plinius licenter spinosum vertit. Spinis enim caret erythrodanum, sive rubia. Rubiam luculenter describit Dioscorides lib. *3.* cap. *clx.* *Ἐρυθρόδανος οὐ ἐρυθρόδανος, ἔπειτα δὲ τεύθεντος καλέσθηται λευκός, βασική. οὐδέ τοις ἄλλοις, οὐδὲ σπαρτίνη, οὐδὲ Θαλάσση τῆς Γαλλικῆς (legunt alii Γαλλικής) quam non improbo lectionem, quamquam vulgariter apud Oribasium reperi sciam) καὶ Ράβδιν τῆς Ιταλίας καὶ τοις Καρίας μεταξὺ τοῦ ιδαίου περιεχοντο, οὐτε τοῖς οὐδείρων. οὐδείρων οὐ πετρίτην (vetus addit τοις κηπινέτην) οὐδὲ τοις πετρίτην πετρίτην πετρίτην. Επειτα δὲ τοις οὐ κακοῖς πετρίτην, μακρῷ, στεγνῷ, δρυμοῖς τοῖς τοις πετρίτην πετρίτην, οὐτε πάντα οὐ μεταξὺ τοις πετρίτην πετρίτην. Χαρτος οὐ Δεσμούτην τοις φύλα καθέ, έπειτα γένιν, οὐτε πετρίτην οὐ κακοῖς πετρίτην, μακρῷ προσβύτοις, τα πετρίτην καλαθεῖ, οὐτε τοις πετρίτην πετρίτην. οὐτε πετρίτην μεταξύ πετρίτην πετρίτην, οὐτε πετρίτην τοις τοις πετρίτην πετρίτην. οὐτε δέ τοις πετρίτην τοις πετρίτην. Rubia, Græcis erythrodanum, sive erythrodanum, aliquibus teuthrion vocatur. Radix est rubra tingendo idonea, una quidem sylvestris est, sativa altera, ut in Thebaica Galilee, (Gallie) & Ravenna in Italia; sed & in Cappadocia inter olosas seritur, velut in arvo,**

utiliter autem colitur, quod multo possit queatu, ex eaque amplissimus redditus percipiat. Sunt ei caules quadrangulari, longi, asperi, quales aparinae, sed omni ex parte maiores, atque robustiores, foliis in orbem per intervalla. Nempe circa singula genicula, stelle modo decussatim radiantis, semine rotundo, inter initia viridi, mox rubro, ac postremo cum ematuruerit, nigro. Radix est tenuis, longa, rubra, ciende urinæ vi prædicta, qua de causa arquatis auxiliatur, pora cum aqua mulsa. Itemque ischiadicis ac paralyticis, crassam porro ac copiosam urinam pellit, ac interdum etiam sanguinem. Ad eosdem prescribitur à Theophrasto morbos, sed hic contentus dicere urinam mouere, nec addere sanguinem pellere; Testatur idem lib. *vi.* simpl. Galenus *καὶ οὐδε παχύτα τοις πολλαὶ τοις αἷματαδινοῖς καὶ τοις*. Experientia docet assumptam rubiae radicem, mox urinam rubicundo inficere colore, non secus ac rhabarbaro quotidie luteam tingi conspicimus, nec illo modo, ut veteres volunt, substantiam urinæ mutari, nec crassorem quam ante fuerat redi, in iis qui integra fruuntur sanitatem. Ramulis rubia exit quadrangularibus, geniculatis, asperis, crassioribus majoribus quam aparinae. Folii virentibus, angustis, oblongis, contractioribus per intervalla ex singulis articulis quinque fere emicantibus, ac rotatim in

### Rubia major.



radiantis stellæ modum dispositis, ut in aparina, quam & vestium tenacitate æmulatur, flores in summis ramulis testate conspicuntur parvi, dilute lutei, semen rotundum, parvum, initio virens, inde rubens, postea nigrum. Radices prælongæ, tenui medio nervo, corice vero carnosore, & corallii nondum perpoliti colore, quæ tertio anno Majo & Junio, quandoque etiam Hyeme, ineunte mense Novembri, effoditur, siccaturque, traperis subditur, configiturque, quo commodius ad extera emporia, compendii causa, venum vehatur. Lanarum infecturæ coriorumque impendio experta, nec tantum officinis medicis, sed tinctoriis notissima. Sylvestris huic per omnia similis, nisi quod radice sit majore.

*Enī οὐδὲ Hæcenus gustus, colorisque diversitatē recensuit, nunc formatum differentiam variam ostendit, quod ex eo probat, quod quædam radices forma peculiariter spectentur: ut scorpium, & polypodium. perperam Doctissimus Gaza οὐδέποτε nepam vertit. nullum asparagi genus radicem scorpionem æmulatur. aconiti genus intelligit Præceptor uti cap. *xix.* hujus libri demonstrabo,*

**Τὸν πολυπόδιον.** Polypodium unde nomen acceperit locus hic Theophrasti docet, à radice scilicet, quæ cirros & acetabula polyporum modo habet. Nugatur qui nomen habere purant, à pedum, seu foliorum multititudine: A radicum multifidis incisuris πολύποδιον dicitur, & quod scolopendrum eadem referat, scolopendron dictum est. Auctuarii auctor, οἱ ἐπολύποδες, οἱ ἐπολύποδιοι, οἱ ἐπολύποδες φίλικαι. Hinc Theodorus polypodium filiculam vertit, & recte. Sed cum alibi trichomanes filiculam interpretatus sit, ac vulgo à Medicis & seplasiariis polypodium appelletur, confusione vitandæ gratia Græcam vocem retinere malui. Corrigendum hic est codex Catonis, apud quem cap. CLVII. legitur, *felicula paulum, pro, felicula parum.* Plinius lib. XXVI. cap. VI. Polypodium, quod nostri filiculam vocant, familiis est felici. Cur filicula dicta sit, jam constat, quod foliis filicem imitetur. Germani δρόποδια/ a manculis quibus notatur, plus quam aliud quodcumque filicis genus, vocant. In petris nati tradit Theophrastus. Rectius Dioscorides lib. IV. cap. CXXXVII. Πολυπόδιον φύεται εἰς πέτρας βεβία ἕχοντας, Εἰς τοὺς αγριεῖς περιφορούς τοῦ ἐπι τῷ προστάτῃ, αὐθιμενῆ ἔχουσα τῷ νῦν Θεοφραστῷ, οὐ ποδαρίον, περιποτόν, οὐ μὴ δύτω λατρεύοντας. οὐδὲ οὐδὲ πολύποδα πολύποδας ἔχουσας διακείνεται. Καὶ θάλασσας ἐποδηγούντων καλαρεὶς σρυφή τῇ γένουσι ταῦτα γένους διατάξεις. Πολυπodium nascitur in muscosis petris & vetustis sylvestris quercuum caudicibus, palmi altitudine, felici simile, subhirsutum & incisum, at non perinde tenui drypisura. Radix subiacet pilosa, cyrrus babens ceu polyporum, crassitudine minimi diguis, hæc si derasa fuerit, coloris intus herbaceas compenit acerba vero & gustu subdulcis, purgandi vi prædicta. Legunt Doctiss. viri, & interpres ἀντί αγριος, αρχαιος, idque quod Serapio, & Plinius sic leguisse videtur. lib. XXVI. cap. VIII. Radix, inquit Plinius, in usu, pilosa & coloris intus Herbacei, crassitudine digitis minimis, acetabulis cavernosa ceu polyporum cirris, subdulcis, in petris nascens, aut sub vetustis arboribus. Non diffimili sensu verba Dioscoridis ex antiquo legit codice Doctiss. Salmatius. πολυπόδιον φύεται εἰς πέτρας βεβία ἕχοντας, οὐ εἰς τοὺς μεγαρόδους περιμένεις, οὐ ποτὲ βρύσας. Certe in annosis & excavatis, muscoque obsitis arboribus ac maximè querubus, polypodium reperiiri, in dubium vocari non potest; sed solis in querubus nasci, autopstia refragatur. Etenim ad radices & in ipsis caudicibus fagorum, corylorum, salicium, ulmorum, aliarumque provenit arborum, præfertur tamen quercinum, & quod in antiquis & cæduis salicibus reperitur, gustu amarius, in quibusdam. nec in una reperiiri arbore, ex ipso Theophrasto lib. 2. caus. cap. 23. facile probatur. καὶ τὸ πολυπόδιον inquit, οὐ ποτὲ διάδογε. Quæ verba non intellexisse Plinium loco citato probabo. Nam constat, legente anagnoste, andivisse Plinium, οὐ τοῦ Κυρδιδογενος. Notius est, polypodium nostrum id esse de quo veteres scripsere, quam ut probatione egeat, nisi quod non tradiderint, folia ejus aversa parte, manculis fulvis esse notata.

**Πανών, ἢ τῶν πρινών.** Docet quamdiu radices durent, pristinamque bonitatem servent. Quibus nescio, cur elaterium addiderit, succus enim est, non radix. Qui non ex radice, sed ex fructu est compositus & præparatus, ut capite sequenti docebo. Male Theodorus κατατελεῖ fel terræ vertit. De minoris radice non agit Theophrastus, nec usum hæc habet, majoris radix servatur, usuique est, sed amara aut fel terræ dici non potest. Helleborum scribit Dioscorides in præfatione lib. i. ad multum tempus vereum servare vigorē, verum reliquias radices, maxima ex parte, ad tres annos perdurare. καὶ μή τι μέτρη ὅπηρα τῷ βοτανικῷ φαρμακῷ οὐ πολλὰ οὐτε Διοσκορεῖον ὁλόεσσον ὁ ποτός & μίλος, τῷ δὲ λοιπῷ ἄχει σεπτέσις οὐτι τὸ ποτέσιν οὐτε τούτη τούτη. Quin illud scire convenient, solum ex herbarum medicaminibus, veratrum album & nigrum in multos annos perdurare, reliqua vero maxima ex parte donec trimatum excederint. Notat Doctiss. Saracenus, in quibusdam codicibus legi ἀγεντος, & vulgatam sibi magis aridere lectionem; utram cunque tamen recipias, locum hunc mutilum ac decursum videri. Quæ enim hic habentur de medicamentorum æratibus, aut certe virium diurnitate, ea ut experientia, ita etiam clariss. scriptorum auctoritatē refragantur, Quod vel solus hic Theophrasti testatur

locus. Quod ad experientiam; constat radicem centaurei majoris vigorem bonitatemque suam ad plures quam sex, septemve servare annos. Cui incognitum, aristolochiam, quinquennem non minus præstantem, quam triennem. Rhabarbarum recondi servarique in lini semine, aut gossypio ad octo, novem & plures annos, extra controversiam est. Iridis radicem plures, quam tres, quatuorve annos ad medicamenta idoneam esse docent seplasiarii. De zinziberis, zedoariæ vulgo dictæ, radice nihil dicam, quilibet ex Pharmacopoeis scire potest. Quapropter non improbo Ioannis Bauhini conjecturam, qui αἴνι μόνα τὸ βοτανικόν restituit, μᾶλλον βοτανικόν. Nam quarum tenues sunt, vix ultra triennium, immo ne vix biennium durant, quales graminis, asparagi, rufci, asari, & similiū. Vitis sylvestris tamen radix, licet crassissima, ultra annum non servari docet Theophrastus, Bryoniae radicem crassissimam esse & quæ non raro femoris conspicitur crassitie (vidi magnitudine & crassitie humana) ad binos vix annos servatur. Nisi frustratim fuerit dissecta, tenuissime funiculo trajecta, ut partes se non contingant. Causa est quod fungosa admodum sit. Vitis sylvestris radicem annum non durare inquit, si læsa, aut in umbra non reponatur; Contra bryoniae radix, sole & vento expositis siccatur & servatur locis, umbrosis enim situ tabescit, & marescit. Male apud Theophrastum, συγκαθειται legitur, restituo συμφοράδιον, id est inane & fungosa redduntur. Hunc locum Plinius. lib. XXVII. cap. ultimo his ferè verbis exscriptis. Et de herbis quidem memoria digna haec tenus aut accepimus aut compemus, in fine earum admonere non ab re judicamus, alios alias virium esse ætates, longissimo tempore durat elaterium ut diximus, chamaeleon niger XL annis, centaureum non ultra XII, peucedanum & aristolochia, ac vitis sylvestris anno in umbra servantur. Postrema hæc, si non corrupta, negligientiam ostendunt Plinii. Theophrastus decem vel duodecim annos servari centaurium tradit, peucedanum & aristolochiam quinque aut sex; solius vero vitis sylvestris in umbra annum unum durare. Corruptus si sit Plinii codex, quilibet quomodo restituendus sit vider. Centaureum non ultraduodecim: peucedanum & aristolochia quinque aut sex, at vitis sylvestris, anno in umbra servatur.

**Τὸν ελατέριον.** Omnim medicamentorum magis durable elaterium esse ait. Idem Plinius. lib. XX. cap. I. Elaterium tempestivum est autumno, nec ullum ex medicamentis longiore aero durat. Incipit à trimatu, si quis recentiore ute velit, pastilles in novo fætilli igne lento in aceto domet, melius quo vetustius, fuitque jam ducentis annis servatum, ut auctor est Theophrastus & usque ad quinagesimum lucernarum lumina extinguit. Hoc enim verò experimentum est, si admotum prisus quam extinguat, scintillare sursum ac deorsum cogat. De elaterio vide sequens caput. Quæ hoc loco dicit præceptor examinabo. Ad ducentos annos ex medici cuiusdam probi, ac bonæ indolis auctoritate scribit durare. Dioscorides verò à trimatu ad decennium purgationibus accommodatum docet. ιντοντος ὁ διατηρεῖσθαι ἄχει διεγεῖται. Egineta vero quod anno non est vetustius exhibendum docet. lib. 7. cap. 4. Ελατέριον πολυτελεστόν περιστερονία. εὐλεπτον δὲ τὸ περιστέρον Εἰς φον, ηδὲ μὴ παταστερον ιατρεῖ. Elaterium sciammonia modo evacuat, deligendum vero viridi colore, lave, & anno non vetustius. Delenda particula μὴ vel ἀντὶ παταστερον, πάνερ restituendum. Porro Dioscoridis, de ætate elaterii, opinionem ceteris præpono. Nam Theophrastus non ex suo, sed aliorum scribit sententia, ad tantum tempus durare. Σειντον περιστερον λύχοις quod vertit Plinius lucernarum lumina extinguit. Contrarium Dioscorides δικεῖ ἡ παταστερον καλλίστην περι, τὸ περι τὸ λινοκήλην περιφέρει, καὶ φον, λέπον, παταστερον τὸ γάνον, καὶ περιστερον λύχων περιφέρει, τὸ πέφερας βαρύτερον οὐ καὶ φαῦλον. Έπει τὸ καὶ τὸ χυλόν τὸ ζειντον μιγνύσον ἀμυλον περὶ τὸ μιμοπεριστερον ἀντὶ λευκον, καὶ φον. Elaterium porro optimum creditur, quod cum candore modice humectum est, minime ponderosum, lave, gustu amarissimum, quodque lucernæ admonitum facile acceditur. At quod porraceum est, scabrum, & adspicu turbiatum ac ervi, cinerisque plenum, & grave & vittiosum est, nec desunt qui cucumeris succo amyllum immisceant, ut candorem & levitatem emen-

tiantur. His in verbis non nihil consideratione dignum reperitur; ac primum, quod inquit *μετὰ τὸν θεόν*, cum Aegineta laudet *περίσσον*, cuius sententiam vir magnus probat. Quippe qui vix credat elaterii succum, quantumvis diligenti insolatione, ad illum candorem seu etiam pallorem pervenire posse. Confirmat tamen experientia elaterium temporis tractu candidius fieri. Præterea si candidius non fuisset præstantissimum, nunquam impostores amyrum addidissent, ut candorem mentiretur. Cæterum noli imaginari niveum candorem acquirere, sed respectu præssini, albedinem quandam ostendere, cineritum nempe colorem. Illud majoris ponderis, quod Theophrastus inquit, *ζεῦς τοιούτος*, Plinius vertit, *lucernarum lumen extinguit*. Diocorides non extingue, sed admotum lucernæ facile accendi, scribit. Diocoridis codicem botanici corruptum putant, restitnuntque *άργις*, vel *δυοχαῖς*, seu *έκαντα*, idque ex Theophrasti & Plini locis citatis. Tum quod elaterium propter humoris copiam id præster. Omne enim humidum quod pingue non est, ignis flammam extinguit. Quare, inquit, elaterium in quo humiditas aquæ multum exuperat, lucernæ flamman extinguet potius, quam ardebit admotum, ex citato videlicet in humido à calore flatu; Id quod experientia confirmari potest. Attamen vulgatum Diocoridis lectio- nem legitimam esse ex Oribasio probatur. Præterea omni pinguedine destitutum elaterium esse, veritati contradicere videatur. Quare malunt alii recte utrumque auctorem Græcum tradidisse. Nihil enim inquit obstat, quo minus elaterium pinguedinibus ratione, quam ex seminis medulla contraxit, admotum lucerne, facile accendatur & conflagret, flammamque concipiatur, ac simul etiam humoris adjuncti ratione, dum urendo vaporem ex fæse fundens crepitat, lucernæ lumen sursum deorsumque scintillare cogat, atque tandem etiam extinguat. Quandoquidem accendi facile, & objectum lumen extinguere nullo plane contrarietatis modo *sibi invicem* opponuntur. Hactenus viri docti. Quod didici ipse experientia addam. Optimum nempe elaterium, ætate cynerium reddi, idem facile accendi, ut tradit Diocorides, verum lumen admodum reddere obscurum; denique quasi deorsum cogere, quare *ζεῦς* non extingue, sed *obscurum* reddere, interpretari malui. Quod

*ζεῦς* significare græcæ linguae peritis notum est. *Φασὶ δὲ μάστιχας ταῦτα ἄτα ποιεῖν*. Hæc non expōsuit Doctiss. Gaza, quod corrupta & depravata vide- ret. Lego, *μάστιχας ταῦτα ποιεῖν*. *Τηλεφόρος*, inquit Galenus in glossis, *οὐτισμοὶ διεγένεται τοῦ μάστιχας*, *οὐτας γένεται τετραγωνοὶ πίνεται τοῦ μάστιχας*, *οὐτας δικαῖος εἰσιν τοῦ μάστιχας*, *οὐτας δικαῖος εἰσιν τοῦ μάστιχας*. Id est ultra modum vacuatus homo, & ipsa ultra modum evacuatio. Sic igitur exponent quidam, & ultra modum vacuatur, vel attenuatur, videtur autem longe spirans & breve spirans dupliciter sic dici. Elaterium per superiora ultra modum, & validissime purgare, veteres tradunt omnes. Galeno fidem qui non habet videat Polliionem. lib. iv. Cap. xxv. τὸ δὲ κτήνοντα τὸ καρδιότον καὶ ἔπειτα λίγυστον καὶ ἐπικρέπειον οὐτας τοῦ νέου φερεῖν τὸν κόλασιν τὸν διάτητον φασὶ εἰς τηλεφόρον. De elaterio cap sequenti plura.

Nihil vulgatus, nec magis in ore vulgi, quam dulcia quæque facile corrupti, amara putredini resistere. Locus hic apud Plinium lib. xxvi. cap. ult. his sere verbis reperitur. *Et animalium quidem cæterorum (exterorum, alter codex) nullum aliud radices à nobis dictas attingit, excepta spondyli, quæ omnes perseguuntur. Genus id serpentis est. Ne illud quidem dubitatur, omnium radicum vim effectusque minus, si fructus prius maturescant: item seminum aut radice propter succum incisa. Resolvitur autem omnium vis consuetudine: & definit prodeesse cum opus est, quæ quotidie in usu fuere, & quæ quam nocere. Spondylin Plinius ait serpentis genus esse, negat hoc Dalecampiū, qui verrem esse ait, in terra profundius delitescentem, iostar blattæ flexuolum, moventem fæse quasi vertebris, alvo candida rubescente parte, quæ capiti proxima est, atque inde nascentibus utrimque pedibus quatuor, ore nigro, dentibus firmissimis, quibus radices vitis præcipue arborumque rodit nedum herbarum. Galli rustici un *τυρκ.* turcam, Belgæ eum *τοξον* vocant.*

Repetit quæ supra cap. viii. De radicum collec- tione tradidit. Sed queritur, cur radix illa deterior, cujus fructus maturescit? Ratio est, succus optimus & concoctus ad superiora mittitur, ad fructus perficiendos. Contra, & ex radice succum detraxeris, erunt minus præstantes quod optimo & elaborato privantur succo, in quo vis summa.

## ΚΕΦ. Ι.Ε.

## CAP. X V.

Quæ loca medicamentis fertilia sint. ut *Hetruria*, & *Latinus ager*, ubi *Circe*. Item carmina Homeri quibus ostendit *Ægyptum* venenorū feracem. Quæ loca Græciæ medicis scatere herbis maxime omnium constet. Quando lac sorbere utile. Tum *moly*, *cicuta*, *bircispina*, *pastinaca*.

**Φ** Αργανώδεις δὲ δοκεσσον εἶναι τόποι, μάστιχες μὲν ἔχω τῆς Ἐλλάδος οἱ τοῦ Τυρρείων καὶ τῶν Λατίνων. οὐ δέ τοι τὸ Κίρκην εἶναι λέγετον. καὶ ἔτι γε μᾶλλον οὐδὲ ὅμηρός Φησι τοῖς Αἰγαῖον. επειδὴν γέρτη τὸν Ελέσθιον λαβεῖν.

Ἐσθλὰ τοις Πολύδαυρα πόρει Θάντῳ παρεί-

κοτισ,

\* Αἰγαῖον· τῇ τολμεῖσε Φέρδος ζεύδωρος ἀρχερ, Φάρμακα, τολμὰ μὲν ἐσθλὰ τ. μεριγμένα, τολμὰ δὲ λυγέα.

ἔνοισ δέ τοι τοις ιπτεῖσις εἴκενό Φησιν εἶναι καὶ ἄχολον, ὡς τὸ ληθῆν τοις εἴ τοις καὶ ἀπίθετας τῶν καπάνων. καὶ σχεδὸν αὐτας μὲν εἴκασσιν αὐτερ δόπο τῶν ποιητῶν ἴσωδιδεῖχθαι. καὶ γάρ Αἰσχύλος ἐν τοῖς ἐλεγεῖσιν οὐ πολυφάρμακον λέγει τὸν Τυρρείων.

Τυρρείων γενεῖται Φαρμακοποὺς έθνος.

οἱ δὲ τόποι πιστές πως Φάρνοντα μετέχειν τῶν Φαρμάκων, αἷλα τῷ μᾶλλον καὶ τῷ ἡδονοφορέτων. Εἰ γάρ οἱ πορεῖς Αρκτοῖς καὶ μεσομεσίαις, καὶ οἱ πορεῖς αἰαπλαῖς, ἔχοντες θαυμαστὰ δυνάμεις. οὐ

**T**ractus medicamentorum fertiles potissimum tradunt, extra Græciam, Hetruriam, & Latinum agrum; qua Circe habitasse affirmant. Atque etiam magis *Ægyptum* autore Homero. Hic enim Helenam inde accepisse inquit.

Prospera quæ quondam Thonis dulcissima con- junx,

*Ægypti Polydamna dedit*, qua plurima gignit Noxia terra ferax, & multa probata venena.

Inter quæ & \*illud medicamen luctus & mortoris \* Illud me- esse autemant. Ita ut omnium malorum oblivio- dicamentum luctus ac mortoris si autemant *Græcis ne- penthes di- clum, ita ut.*

Gens Tyrrenæ suis clara beneficijs.

Quæque autem loca non nihil medicaminum pos- fidere videntur: sed differunt quod alia plus ha- bent, alia minus. Etenim quæ ad septentrionem, meridiem, exortumq; pertinent, vires mirabiles habent. Nam in *Æthiopia* qua sagittas ungunt, radix mortifera est. Apud Scythas autem non so- lum ea radix, sed etiam aliæ plures comperiuntur.

Qua-

\* Αἰγαῖον.

τοῖς πολιτεῖσσι

Al. Bas.

† Συμφορῶν

δημ.

Αιδηποία γάρ ί τάς οἰστρας ρίζα τίς εἴται  
θεατηφόρος, οὐδὲ Σκυθαῖς αὐτή περί σέπερον  
πλείστης οἱ μὴ ταῦθα χρῆμα απαλλάξουσι τάς  
πεσονεγκαρδίες. οἵ δέ οὗτοι χρόνοις, οἱ μὴ εἰλάθο-  
σιν, οἵ δέ πλείστης οὕτη εἶναι καταφθίνειν εἰς Ἰνδίας  
πάχει επέρει μέρη πλάνων. πεσονεγκαρδία οὐδὲ, εἶπε  
αἱδηποία λεγουσιν, ηπειρούση οὐκέπειρη Διαχειν,  
καὶ σίνε ψεπειρούση οὐ σωάγγουσι καὶ πεσονεγκαρδία  
εαυτῶν οὐπειρούση. αἴτε φασιν εὐρηθεῖς πέρος ταῖς  
τῶν σφεων τῶν θεατηφόρων δίγυματα. περὶ οὐδὲ  
τῶν Θερίκεων εἴναι μὴ καὶ επέρεις εἰκότιας. ισχυ-  
ρότερον δέ αἱδηποίαν τὰς ισχαμιον. λιβός δὲ λέγουσι,  
οἱ μὴ κεντηθείσις τῆς φλεβοῦς, οἱ δέ καὶ σφοδροπέρεις  
διαλιπθείσις, ισχεῖν οὐκαλύπτειν τὰς χύσιν. ταῦτα  
μὴ εἰκότιας εἴπερ εἴπερ εἰπομένη, εἴπερ δηλαντὶ τὰς κοινόν. καὶ τῶν  
τέλων τόπων οἱ φαρμακωδέστεροι, εἴπερ εἰστι. τῶν οὐδὲ  
ταῦτα τὸν Ἑλλάδα τόπων, φαρμακωδέστερον τόντον τοῖς  
Πύλαιον τὸν θεατηφόρον, καὶ τὸ τελέθρευτον τὸν τῆς  
Ἑυβοίας, καὶ ὁ παρνασσός. εἴπερ δέ η Αρκαδία, οὐκέ τι  
λακωνική. καὶ γάρ αὖτις φαρμακωδέστερος αἱδηπότραπή  
διὸ οὐχ αἱδηπότραπον αὐτὸν εἰσί φαρμακωδέστερον τοῖς  
γαλακτοποτένταν ταῦτα τὸν εἶρον. οὐταν οἱ δηλι-  
λιστες τῶν ποιώτων φύλλων ἀκμάζωσι. τόποι γάρ  
φαρμακωδέστερον τὸν γάλα. ποιώσι οὐδὲ τὸ βόδον.  
δοκεῖ γάρ πολυνομομάτην οὐκεπειρούσην παμφαγάτου παθε-  
τῶν οὐ βέτε. φύεται δέ ταῦθα αὐτοῖς, οὐ πεπειρούση  
αἱδηπότραπον, καὶ οὐ λευκός οὐδὲ μέλας. εἴπερ παδικηνού  
δαφνοειδῆς κροκέων. καὶ λιβός σκενοὶ μὴ πάραφανον  
αὔγειαν καλύπτει. τῶν οὐδὲ ιστρῶν πινες, κέρενον, \* καὶ  
λιβός οἱ μὲν τὰ αἱδηπά, σκενοὶ οὐδὲ μαλάχην αὔγειαν.  
καὶ η δεριστολοχία, καὶ τὸ σέσελι, καὶ τὸ πιποσέληνον, καὶ  
τὸ πικέδανον, οὐτοις οὐδὲ περὶ τέργαν, οὐτοις οὐδὲ περὶ πάσην  
μέλανα. φύεται δέ τὸ σίκυον οὐδὲ αὔγεια. εἴπερ  
τὸ εἰλατέρειον σιωπήτεται. καὶ τὸ πθύματον, εἴπερ  
\* τὸ ιπατομανές. αὔτους οὐδὲ τὸ περὶ τέργαν, οὐτοις  
μάλιστας περιδάστεται. τὸ φύεται δέ τὸ πλέον  
πιποσέληνον οὐδὲ οὐ πάλιστον \* φύεται περὶ τῶν κλήπ-  
τρων. ηδὲ πεντάκεια γίνεται καὶ τὸ πετράκειον περὶ  
ψοφίδια. καὶ πιποσέληνος αὔτοις τὸ φύεται οὐδὲ φα-  
ρμακόν. ἡ ιπατομανές καὶ αὔτοις τὸ φύεται οὐδὲ φα-  
ρμακόν. φασι οὐδὲ εἴναι καὶ οὔμοιον αἱδη-  
πότραπον οὐδὲ παπειρούσην τὸ φύεται οὐδὲ φα-  
ρμακόν. οὐδὲ καὶ οὐδὲ οὐδὲ φαρμακώδεστερον αἱδη-  
πότραπον οὐδὲ φαρμακώδεστερον αἱδηπότραπον οὐδὲ φα-  
ρμακώδεστερον. τὸ φύεται οὐδὲ φαρμακώδεστερον οὐδὲ φα-

Quarum aliae confestim eo interim tempore,  
quo gustatae sint, aliae post. Et harum aliae cele-  
rius, aliæ tardius. Ita ut nonnullos tabe quadam  
paullatim possint consumere. Apud Indos & alia  
plura proveniunt genera. Sed supervacuum, si ve-  
re narratur, quod sanguinem diffundere & quasi  
fugare potest. Quodque è diverso eundem colligit,  
& ad se trahit. Quæ contra mortiferos serpen-  
tium morsus comperta referunt. Quin & regio  
Thracum pleraque fert, tamen validissimam fere il-

<sup>†</sup> Sed vali-  
lam herbam quæ sanguinem ficit. Hanc enim alii  
dissima fe-  
puncta vena, alii etiam vehementius secta, retinere  
re illa herba  
ac penitus prohibere sanguinis profusionem affir-  
mant. Hæc igitur quod commune omnium dixi-  
sanguinem  
mus satis demonstrare videntur. Et quod ad exter-  
sistens voca-  
na quidem loca; hæc abundare medicamentis ma-  
tutime videntur.

Locorum autem omnium Græciæ  
maxime Pelium mons Thessalæ, & Telethrum  
mons Eubœæ, & Parnasus medicamina ferunt.  
Item Arcadia, & Laconia tellus. Nam eas quoque  
herbis scatere medicis constat. Et quidem Arca-  
des pro medicamento quod alvum purget, lac sor-  
bere consueverunt in vere: cum succi hujusmodi  
foliorum maxime vigent. Tunc enim potissimum  
lac vim medicaminis habet. Bibunt bubulum, quod  
bos inter animalia omnia, permulta pascere, vario-  
que herbarum genere vesci videntur. Nascitur apud  
eos uterque elleborus: videlicet & albus, & niger.  
Item paltinaca specie lauri, colore croci. Et eam,  
quam illi & brassicam sylvestrem appellant: medici  
autem quidam Ceran: & quam illi malvam sylve-  
strem vocant, medici \* hibiscum: & t. malum ter-  
ræ, & seseli, & t. equapium, & peucedanum, &  
herculana, & utrumque vesicariae genus, quod fru-  
tum puniceum fert, & quod nigrum oritur. Et  
<sup>†</sup> Hippofeli-  
num.

sylvestris cucumis, ex quo componi Elaterium so-  
let. \* Ad hæc lactaria, ex qua hippophaes, quod  
optimum confici apud Tegeam novimus, maxime-  
que haberi in pretio. Nascitur circa Clitoriam,  
Panacea & petraea circa Psophidem plurima, &  
colligunt, optima provenit. Moly apud Phaneón, atque apud  
Cyllenam (quale Homerus dixit) affirmant. Radice  
rotunda, non absimili cepæ: folio scyllæ. t. usum  
ejus contra veneficia summa. Non tamen effodi  
difficiliter, ut ait Homerus. Cicutæ optima circa  
susam, & in totum locis prægelidis. Quin & in  
Laconico agro prædictorum provenit pars bona.  
Nam is quoque medicaminibus scatet. Hirci spina  
large in Arcadia nascitur. Nec deterior Cretica  
exilitatur, sed etiam visu pulchrior. Et paltinaca  
in Patrensi agro præstantior cæteris. Huic vis ca-  
lefactoria est, radix nigra. Nec non & in Parnaso  
multa ex his proveniunt, & in Telethrio monte.  
Sed hæc pluribus locis dantur communia.

<sup>\* Ad hæc</sup>  
<sup>sithymallus,</sup>  
<sup>ex quo suc-</sup>  
<sup>cum tantum</sup>  
<sup>colligunt,</sup>  
<sup>quem optimum esse</sup>  
<sup>apud Tege-</sup>  
<sup>am novissimas</sup>  
<sup>maximeque</sup>  
<sup>haberi in</sup>  
<sup>pregio. Hippo-</sup>  
<sup>panax, collis-</sup>  
<sup>gitur plurimi-</sup>

um & optimum circa Phocidem provenit. Moly apud Pheneon at-  
que apud Cyllenam nasci, ejusque faciem talem esse ajunt, qualem Hom-  
erus dixit. t. Utuntur eo adversus venena & incantationes, non ta-  
men effodiuntur difficiliter.

τὸ πιπότανος τόπων οἱ φαρμακωδέστεροι διόπτειοι. Λακωνική τὰ πλατά τά τάτων.

\* τοπογραφία.  
διόπτειοι.

καὶ γάρ αὖτις πολυτοπότερον. Τέτοια οὐδὲ θερμαντικάν φύεται οὐδὲ ἔχει μέλαναν. φύεται οὐδὲ πλατά τά τάτων οὐ πεπειρούσην κατάστησιν.

τοπογραφία.  
τοπογραφία.  
τοπογραφία.  
τοπογραφία.

## JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

N<sup>H</sup>ηπούσις, καὶ ἄχολος. Homeri verba sunt. Theodorus  
valde apte, medicamentum hilaritatis, atque tran-  
quillitatis.

καὶ τόπων οἱ φαρμακωδέστεροι διόπτειοι. Theodo-  
rus hæc omnia omisit.

Εἰ δέ τὸ ιπατομανές. Theodorus legit, ιπατομανές. Apud  
Dioscoridem herba hæc alia est à Titymallis, tametsi radix  
læte plena est. Hippomaneas etiam capparis à quibusdam,

Idem nomen etiam Apocyno attributum, quam possit  
te eandem apud Hesiodum. In rabiam namque agi equos  
ait.

Φύεται δέ τὸ ιπατομανές, πιπότανος δὲ τὸ κράτιον γίνεται εὖ-  
πλευτείαν. οὐδὲ πιπάκεια γίνεται, τὸ πιπάκιον πεπειρότα φοίδια.  
Theodorus præteritis quartuor primis verbis legit, πιπάκη  
οὐδὲ τὸ πιπάκιον φύεται πεπειρότα τὸ πιπάκιον γίνεται  
τὸ πιπάκιον φύεται πεπειρότα. In Graeco exemplari scriptum est, φασί.  
Bbbb

In codice Theodori, Phucum. In corollario Hermolai, Phineon. omnia male. Pheneum lege. Theodori quoque sententia à Græca diversa est, φασι δὲ οἱ μοιον ὡς Ὁμηρος λέγει. Ejus faciem talem esse ajunt, qualem Homerus

dixit. Ille sic. Atque apud Cyllenem esse, quemadmodum Homerus dixit, affirmant. Notabis πυράκτων, εἰδὸν περισταῖσι, δόλην.

## IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

**M**edicamenta pro cœli solique ratione variare, ac præstantiora esse, vel mille locis tradidit præceptor. Hoe capite agit, docetque, quæ regio pluribus scateat pharmacis, letalibus, & salutaribus. Homeri testimonio Odyss. l. probat Ægyptum medicamentorum admodum feraceum.

Tò δὲ μῆνις. De nepente alibi nonnihil dixi. Nomen accepit, quod ejus succus vino mistus, tristitia moeroreque discuriat, ut tradit Theophrastus. Quod confirmat Galenus. Nomen itaque accepit à particula μὴ privativa & μῆδος quasi ἀλυπήνη ἢ ἀπίθεσις. Nepentes alii buglossum, helenium alii esse tradunt. Vide quæ supra diximus. Verisimilior est opinio posterior. Easdem enim vires Plinius lib. & cap. xxii. helenio tribui scribit. Sed hæc tanti non videtur momenti, ut alteram sive priorem rejiciam. Hunc locum Theophrasti Plinius lib. xxv. cap. ii. Durat tamen tradita persuasio in magna parte vulgi, veneficiis & herbis id cogi, in eoque feminarum scientiam prævalere. Certe quid non replevere fabulis Colchis Medea aliæque, in primis Itala Circe, diis etiam adscripta? Vnde arbitror natum, ut Æschylus, è vetustissimis in poetica, referat Italiam herbarum potentia proderet, multique Circæios, ubi habitavit illa, magno arguento etiamnum durante, in Maris à filio ejus orta gente, quos esse domitores serpentum constat. Homerus quidem primum doctrinarum & antiquitatis parens, multis alias in admiratione Circæ, gloriam herbarum Ægypto tribuit, cum etiam, quæ rigatur, Ægyptus illa non esset, postea fluminis limo invelta. Herbas certe Ægyptias à regis uxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat, ac nobile illud nepentes, oblicationem tristitiae, veniamque afferens & ab Helena utique omnibus mortalibus propinandum. Non leve est argumentum nepentes esse helenium, quod apud Philostratum, de eo quod animi curam, & situationem, moeroreque mentis lenit, sollicititudinem sedat, mollitque, & differenato animo, ac fronte erugata, exprorectaque, curarum oblicationem adfert, dicatur ξερπής ἢ ἀλυπήνη. Ita enim in sophistarum vitis, in epistola ad Antonium conscriptum legitur. Tò δὲ φεύγομεν τὸν ἀλυπητὸν τὸν αὐτὸν τοῦ θεοῦ τῆς γνώμης. ἀλυπητὸν δὲ καὶ ἀλυπητὸν τοῦ Αἰρόποτος Φαρεφύριος. Idem auctor Antiphontem, quem ob excellentem eloquentiam Nestorem cognominarunt, scribit, promittere solitum τὰς & τηνικής ἀρεγαδεῖς, nepenthos auscultationes. Quando nullus tam atrox, magnus, infestusque dolor est, cuius vellications civili eloquentia non mollire modo, sed excutere etiam posset. Id quod Plutarchus scribit ab Antiphone excogitaram τῆς ἀλυπητῆς; id est, artem alypæ, quæ vox tristitiae absentiam indicat.

In Æthiopia radicem quandam dicit mortiferam, qua sagittæ illinuntur. Meminit Galenus lib. de Therriaca ad Pisonem, cap. x. cuiusdam plantæ, qua Daci & Dalmatae telorum culpides ungunt. Belénos hæc vocatur, à Græcis exteris ἀλυπητός, vulgo perperam ἀλυπητός legitur. Belénis nomen impositum δὲ τῷ βελῶν, à telis veneno infectis. Vel, quod doctioribus magis arridet, ab Apolline qui Belis à quibusdam gentibus dicebatur. Illud constare scribunt, Plinii aëvo, Gallos esse potissimum veneratos Belum, cuius fit mentio apud Herodianum, in maximis Hesium, Taranem, Ovavum, Abellionem, de quo elogium extat in convenis, novem popularium Deo Abelleoni minicia justa V.S. L. M. Verba Galeni hæc sunt. Ωντειον καὶ ἐπὶ τὸ βελίνον μὲν ἐπὶ τῷ ἀλανίων, ὑπὸ δὲ τῷ ὑποχωρεῖσιν τῷ καλυπτεῖσιν τὸ αὐτὸν ἰσορροθεῖσι λίγυσσον. Φασὶ γὰρ τὸ τέλος δάκας καὶ τὸ δαλμάτας τοῦ πατέρεων αὐτὸν τῷ βελῶν καὶ σύντοιχοισιν μὲν τῷ αἴρασθαι τῷ πτερωτοπορέων ἀναρρέει δύνασθαι, ἵδιομενοι δὲ τῷ αὐτῷ αἴρασθαι τῷ πτερωτοπορέων ἀναρρέει δύνασθαι, καὶ τὸν αὐτὸν ἀναρρέειν ἀλαβάσι τοῦ πτερωτοπορέων, μιδὲ αὐτὸς καὶ τὸς ιδίοτας ἀλεπθίνει λίγυσσον. Sicut etiam de belenio à Græcis, ab inquinis vero nino appellato, idem memoriae proditum esse dicunt, nam Dacos inquiunt & Dalmatas, id telorum cuspidibus circum sparere; atque postquam sic sanguinem vulneratorum attigerit, posse necare: eum vero ab ipsis esse innocuum, neque

mali quicquam ipsis facere: ad hæc cervos ab ipsis sagittarum istu trucidari, neque ipsis comedas malis quid edentibus adferre prohibent. Idem narrat de succo ellebori albi Joannes Crato, Epistola secunda, lib. secundi ad Thomam Jordanum scripta. De prima (sic licet quæstione, quod non alii, quam ii quibus sanguis per cucurbitulas est extractus, infecti sunt, & quod malum in eo loco ubi cutis vulnerata, & cucurbita affixa fuerat, coepit, ac universam massam sanguineam, id quod livor corporis ostendit, pervulit, & nervosas quoque partes graviter afflixit.) dum inquirio, in memoriam mibi revocas ea, quæ divus Ferdinandus S. M. Imperator, de succo, non, uis tu scribis, napelli, sed ellebori albi, quo venatores Hispani sagittas insicunt, & feras, maxime vero cervos, interficiunt, commemorabat. Incunte aestate, inquit, succum ex tota planta exprimi, cumque aestivis diebus in sole preparari, atque in bovino cornu asservari. Cautionem autem summam ab iis, qui uti volunt, adhiberi, ne odor, qui ē cydoneis exspirat, hunc succum attingat. Subito enim omnem ladendi vim amittere. Ceterum si lingua degustetur, nulli noxiū esse, sanguini vero communicatum, exitiosum. Addebat hoc, si quis aeu saltem eo succo inserta punctum ledetur, & exiguum vulnus acciperet, paucis horis post extingui. Cervos vulneratos primum quasi obstupescere & perturbari, ita ut visus eruptus illis esse videatur, circumire in gyrum, concidere deinde, & sumnum intra dimidiæ horæ spatium extingui. Carnem innocuam esse, ac tantum eam partem, qua vulnerata est, abici. Eadem hæc generosissimus Palatii Imperatoris praefectus Dominus Adamus Deistrichsteinus commemoravit, & confirmavit, atque hoc addidit. Asello, cui ex oneribus ferendis dorsum atritum atque sauciatum fuerat, impositum cervum eo modo, ut dixi, vulneratum & interfectum, sanguinem, qui de vulnera manabat, asini vulnus forte attigisse, atque isto modo asellum sic insecum, ut priusquam impositum cervum domum perferret, in itinere mortuus concideret. Fuisse etiam quendam perversè & sceleratè malum, qui dum conjunx καταπλούσιον haberet (pudet dicere quomodo) succum istum ei admovit, & mulierem extinxit, Imperatorem Rudolphum II Augustum, vulnerasse sagitta cervi tenerum & lacteum cornu, eumque statim fuga, tanquam nullum vulnus accepisset, elapsum. Post aliquot horas, cum ex venatione redirent, mortuum repertum. Lacteum enim humorem illum germanum esse sanguini, Hippocrates nos docuit, &c. Haec tenus Crato. utrum elleborus albus belenium aut ninum dictum antiquitus à Græcis aut exteris fuerit, ignoro. Saltem easdem fere facultates obtinere constat. Meminit Belenii auctor libell. de plantis Aristotelii attributi. lib. i. cap. ult. βελίνον δὲ τὸ δαλητελιδίς τὸ μερόμενον εἰ τῷ Περσέῳ, μετεφυτινόμενον εἰ Αἰρόποτον εἰ τῷ Παλαιστίνη γίνεται βραστόν. belenum vero quod perniciosum est in Perside natum in Ægyptum & Palæstinam transplantatum sit edendo. Vereor auctorem hunc perseam & belenium confundere. In Perside letalem esse perseam, contra in Ægypto salubrem veteres tradunt omnes, contra nusquam legere est, perseam sub imperio Romano sagittas unctas, ad delendas feras aliaque bestias. Venenatam esse sub eadem Monarchia tradidit nemo. Nec apud Dalmatas Dacosve nascitur perseam, sola in Alexandria, nec in ulla, alia regione, quæ sub Romanorum potestate erat, se vidisse perseam, tradit Galenus. vide cap. ii. lib. iv. Meminit Plinius loemi quo sagittæ tinguntur, cervique ne cantur Loemum δὲ & λοιμῆ, peste, nomen habet. verba Plinii reperiuntur lib. xxvii. cap. xi. Loemum herba appellatur à Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum cervarum vocant. Docti toxicum arbitrantur belenium esse, eos vel hoc argumento deceptos ostendo, quod Dioscorides in Alexipharm. cap. xx. tradat, toxicis usu tolli hominem oīs νόος τέτοιο δυστάτης εἴη τοῦ τούτου θεραπείας οὐτούς τοῦ τούτου πτωχότητας. Quare vix medicinae locus est, raroque qui hauserunt incolumes evadere contingit. De toxicis si detur occasio alibi plura. Nec thora Valdensium bele-

belenium est. Perdit & hæc hominem, cum de belenio scribat Galenus innoxie comedì ab hominibus. Quæ planta sit belenium aut radix (si non eadem res) Æthiopica me ignorare fateor. De Thora vide cap. 19 ubi de aconito, live scorpio agitur.

ητεχονθρη το αιμα. Herbam quandam reperiri ex relatu aliorum, quorum fidem in dubium vocat) ait quæ diffundit sanguinem. Historia apud Galenum lib. de purgant. med. cap. iv. memoranda, quam adnectere huic loco vîsum est. 'Αλλ' εκάστο μέρος αὐτοφαλις ἵππει μετὰ γερμανον εόν θερούς Βιρτουός ἐπι πάνδινης ικανωτερ, οὐδὲ περίθεσθαι πιστήν θεραίνειν οὐδὲ τὸν αὐτοπορείμενον αὐτῆς, διπλούσιον αἴρει, καὶ οὐτας διπλανθεῖσαν πολλῶν οὖσαν φύσικην, ηπιότες διπλεστεράς αἰνιδιαντες τὰ γενέμενα, ιδούσια τὸ Φυγιανικόν, η τοσούτος τὸν ηγεμόνον έπι ιδεις ηγεμόνος. Εργον δια τοιν ποιητικών, μη μόνον αὐτὸν διπλούσιον αἴρειν, αλλὰ εἰ τον αὐτόν, η ιδιαίτερον αὔτον, η ιμιαζειν παρ' αὐτε. μαζεύει μὲν γάρ παρ' έδειρος ἔφη τὴν πόσα, αλλ' οὐταρ ποτὶ χοίροις εἰς την αὐτοφαλινον κριμέται, πηκυσον την παρόντα, διπλούσιον καὶ την θεραίνειν αὐτὸν, καὶ πειτε' αυτοφαλινον αὐτὸν, ιδεις ιχθύας αἵματον αἷλον έπι έπι ποταμον την θεραίνειν, εικός οὐτας την θεραίνειν έπι ποταμον αἵματον, διπλανη την ποταμον ιππεις ιππεις την επιποταμον αἴρεται, οὐδὲ ποτε ιππεις ιππεις αἴρεται. ταῦτα οὐτας οἱ φρεματικοί εἰσιν τοι ποταμον βασικούσιν οὐτας. οἱ έπι ιδεις ηγεμόνος, ιππεις κατὰ την δίμηνον, η ιπποπότας τοι την θεραίνειν. παντόδην έφη πεφυκίνα πιπιλίθεις, διδίπτα της αὐτοφαλινος οὐτελεσον αὐτην αἴρειν ποταμον ποταμον, αἴτιος μη την μεταξὺ διπλεῖν. αὕτη αἱ βιδηται πολλὰ μὲν ιππεις ποταμον Φρεματικούσιαν ιχνοτε θύματα, μηδὲ ινδις ηγεμόνος αἴρειν αἵμα. Illud tamen quod in Thracibus Bithyniam incalentibus, me adhuc puer contigit, sine periculo cuiusdam dici potest. Invenit homo quidam herbam, quam si quis assumisset, sanguinem primo, tum vitam emittebat. Multis itaque hoc pacto morientibus, cum facinus hoc diligenter inquisitione dignum arbitrarentur, herbarium comprehendunt, & ad gentis magistratum ducunt. Is cum non solum hominem necare studeret, sed & si quis alius herbam didicisset aut docuisse, a nullo se quidem ipsam didicisse veneficus asseruit, verum in suburbanum, cum aliquando suillum jecur deferret, urgente ventre, super herba quadam jecur deposuisse, quod aliquanto post cum sustulisset, vidisse ex universo jecore sanguineos rivulos ad herbam confluere. Ex hac conjectura facta corpori sanguinem ea detrahi posse, periculo mox in obvio quodam factō, ut verum comperit quod fore sperarat, ad malos usus herbam deinceps translusisse, se tamen alicui aliis eam monstrasse negavit. Hæc Herbarius ille diu inter quæstiones habitus retulit. populi vero magistratus cum plurimam illis in locis nasci banc herbam, ex rei dictis accepisset, vinculis oculis ad supplicium ipsum duci jussit, ne cura inter eundum herbam indicaret. Ex his ergo lepidum caput, multa medicamenta eam vim habentia, ut sanguinem statim ab initio eliciant, inveniri constat.

Admiranda refert, sed non credenda Galenus.

Periisse Herbarium, credibile: herbam simul periisse credat Galenus, quam ne per somnum quidem vidisse herbam, nec novisse virum de quo hæc narrantur, multorum est opinio: Idque quod fateatur se fuisse puerum, cuius testimoniom nullius est pretii. Deinde fabulosum videtur, in jecore extincto tantum reperi sanguinis, atque illum à pharmaco admoto attrahi potuisse. Quod quomodo fieri possit imaginari nequeo. Etenim à calore naturali omnia purgandi vi prædicta medicamenta quandam præparationem acquirunt; Quam planta jam à Galeno memorata, non poterat accipere ab hepate frigido, ac mortuo. Operam perdet qui super mortuum jecur ponat scammonium, fructa bilem attrahi exspectabit. Debent enim medicamenta bilem evacuantia calefieri, & à calore attenuari. Herbam reperi quæ solum educat sanguinem, non credo. Ex superpurgatione sanguinem, ipsamque animam expelli posse multorum, proh dolor, damno constat.

Τὸν ιχθυόν. Nullam dixi reperi plantam, quæ (nisi ex Hypocatharsi,) sanguinem educat; mille ex adverso reperiuntur quæ eundem fluentem sistant ac compescant. inter quas procul dubio præstantissima est, quæ ischæmon dicta est, à facultate qua pollet. Meminit hujus Plinius lib. xxv. cap. viii. Ischæmo-

nem Thracia invēnit, quæ ferunt sanguinem fisti, non apertâ modò venâ, sed etiam præcisâ. Serpit ē terra; milio similis, solis asperis, & lanuginosis, farcitur in naribus, que in Italia nascitur, & sanguinem eadem adaligata fistit. Botanici ischæmonem putant esse gramen dactylon, folio latiore, ab aliis canarium dictum. Hoc vineta Gallo-Provinciæ & Narbonæ scarent. Exiguum, inquit Advertarii auctores, est gramen, florum tamen elegantia, & viticulorum, cognitu dignum. Sunt namque purpureo, nitido, hyanthino lucidi calami, geniculati, surrecti, singuli in quinas sensiles exiles florum spicatas candicellas, vel panothalas propagines, cyperidis modo digitatim sparsi, aut potius graminis mannae vocati; radice & foliis graminis pratensis minimi, sapore subdulci, sed adstringente & exsiccante. Unde facta conjectura, esse ischæmonem Plinii à quibusdam non parum eruditis medicis. Ischæmon Thracium gênum hoc non esse videtur, quia non tanta est adstringendi vi, ut sanguinem & venis fluentem fistat, compescatve. Sed nec foliis est asperis, ac lanuginosis. Aristolochiam ischæmon esse docet Homeri interpres Iliad. aristolochiam, inquam, fuisse tradit, quam Patroclus Eurypyli vulneri adhibuit. οἱ ζωνες οὐτοὶ κρατήσασιν αὐτοὺς ιππαὶ τοις καλυμμένοις διεργάσθαις οὐ καὶ ιχθυόν κατέλησαν. Nec obstat, aristolochiam menses movere, & secundas pellere; alibi dixi, alocen intro assumptam venarum oscula aperire, eandem foris admotam eadem claudere, sanguinisque fluxum insigniter cohibere ac compescere. Idem de Aristolochia dicere licet. Sic rura sua acrimonia venarum oras aperit, eadem propter eandem acrimoniam, quam habet cum siccitate conjunctam, naribus indita, venas claudit, sanguinemque cohiber. Aristolochiam sanguinem fluentem sistere, chirurgorum constat experientia.

Διὸ οἱ τα Αργεῖδες. Arcades pro medicamento, quod alvum purget, lac forbere ait. Tale nihil præstat Batavicum lac: ex eo tamen butyrum & caseus fieri potest. Arcadum boves alio alimento vel herbarum genere pasci, quale elleborum, tithymalus, scammonium, panax & similia, quæ apud Batavos non reperiuntur.

Inter plantas quæ in Arcadum agro nascuntur, numerat helleborum album, nigrumque, daicum & rhaphanum sylvestrem. De dauco non nihil dicendum.

Δαῦκος & δαῦκος dixerunt Græci, teste Nicandri scholaste. Τὸ δάυκος η δαῦκος ηεψίτην. iwm̄. οἱ τοις γραντούσι. Apud Nicandum in Theriacis δαῦκον, scribuntur.

Δαῦκον οἱ τα θεραίνοντα, η τοις ιφολίν,

Et daicum & radicem, denique vitis.

Ex hoc Poetæ versu Dioscoridis lib. xxi. cap. ix. corrigunt δαῦκος οἱ ή δρακοι, ηλεῖσι, restituunt δαῦκον. Δαῦκος δὲ έπι δαῦκον quod tormina sedet quietemque inducat fatus discutiendo. nomen accepit, καὶ τρόφων ἀπαλλακτικόν. Doctiss. Gaza pastinacæ vertit. Credo quod apud Plinium. lib. xix. cap. v. Est & quartum genus in eadem similitudine pastinace, quam nostri Gallicam vocant, Græci vero daicum, cuius genera quatuor fecere. Depravatum hoc loco codicem existimo. Legunt viri docti dauci genera etiam quatuor fecere. Doctissimum tamen opinio est, daucum Theophrasti pastinacæ genus esse, idque quia apud Athenæum lib. ix. legitur μηνιγινεις η σεφυλίς Θεοφραστος, meminit staphylini Theophrastus. Sanè mentionem ejus facit, & hoc ipso quidem capite & hac ipsa linea. Malè sit malis illis librorum pestibus, qui pro eo σεφυλίς reposuerunt τρόφων. Daucus de quo hoc loco agit Theophrastus staphylinos. sive pastinaca est: quod facilè ex Galeno probatur. Hic lib. vi. Simpl. δε daucum Cretico & staphylino diversis agit capitibus. Δαῦκος έπι δη θεοφραστος σεφυλίς, ομηρος άργειος η ιππος ιδιόδειος η ιππεις. Capite sequenti. Δαῦκος της πόσα τη σεφυλίς. Daucus quem quidam staphylinon nuncupant, agrestis quidem, domestico minus est idoneus cibo. Capitenti dauci berbæ semen, &c. Prior locus de staphylino, posterior de Cretico intelligi debet. Idem Galenus lib. xi. de alimento. facult. cap. LXXXI. Ενχυμάπερς η μητρα η πορφυρος & σεφυλίς, μητρα η τραχεια σεφυλίς η ορμαζει δαῦκον. Cari tamen radice melioris est

succi quam pastinacæ, quidam autem pastinacam agrestem vocant Daicum. Idem Eginetæ lib. 1. cap. v. Tvis ḥ τὸν σφυλίον ὄντες οὐκέτι οὐδὲν. Ex his legendum προσχεῖ, δὲ εἰς τὸν μὲν σφυλίον ἀγρόν. Idem staphylinos dicitus, antiquissimis Græcis ceras. Hesychius. σφυλίον ἀγρός; δὲ ίσιοι κύριοι παλέστι, καὶ ἡλίου ζῶος Κρονίδη. Apulejus cap. LXXX. de pastinaca. A Græcis dicitur agrios staphylinus, alitis ceras, alitis daicum. Neophytus, σφυλίον ἀγρός, οἱ ἢ κύριοι πάπιοι παλέστι, ρωμαῖοι κρονίδη. Auctior Auctuarii οἱ ἢ κύριοι πάπιοι, ρωμαῖοι πατινίκαι περικα. Hæc probant interpretis Atheniæ lententiam. Vulgata Athenæi lectio corrupta est. lib. ix. Tòs οἱ σφυλίοις Διοκλῆς οἱ περιτριώντες σφυλίον παλέστι. τοὶ ἢ κύριοι παλέστιοι μήγα οἱ ισιοὶ ηὶ εὐαγές σφυλίον, ινχυλάπεροι ηὶ θεσφυλίοις, ηὶ μάλιοι θεομακάπεροι, ηὲπικαπεροι, ινθεμαχοι, ινθεκομητοι, οἱ οἱ Διφιλοὶ ισοροι. Legendum cum interprete, τὸ ἢ πρωτὸν καὶ επικοντον, μέγας οἱ οἱ ηὶ εὐαγές quo modo in manuscriptis legitur codicibus, ut doctissimus commentator testatur. Hunc tamen antiquissimum, & veram γεράφη, non credit. Idque quod nec Græcus, nec Latinus (hunc solum si exceperis) auctor ullus carotum nominat. Contra rium testimonia citata probant. Verba Athenæi hoc sensu verti possunt. Astaphylinum Diocles lib. primo de tuenda valetudine, etiam astaphylinum nominat; eum nimirum, quem carotum vocant, Magna ea est pastinaca, proceraque, magisque quam vulgaris succulenta, magisque calfacit, pellit urinas, stomacho grata, & facile, ut Diphilus assert, digeritur. Cum etiam hodie carotæ nomen obtinet hoc staphylini genus, sed magis redditum est domesticum. Hæc illa est radix, qua exercitus July Cæsar ad dies aliquot nutritus fuit. Cæsar lib. III. De bello civili. Est etiam genus radicis inventum ab iis qui fuerant cum Valerio, quod appellatur chara: quod admistum lacte, multum inopiam levabat. Id ad similitudinem panis efficiebat. Ejus erat magna copia. Ex hoc effectos panes, cum in colloquitis Pompeianis, famem nostram objectarent, vulgo in eos jaciebant, ut spem eorum minuerent, &c. Suetonius in vita Cæsaris Iulii meminit hujus calamitatis, & herba quadam sublevatam scribit, sed non exprimit. Famem, inquit, & ceteras necessitates, cum non ob siderentur modo, sed etiæ alios ipsi ob siderent, tantopere tolerabant, ut Durachina munitione Pompeius, viso genere panis ex herba quo sustinebantur, cum feris sibi rem esse dixerit, amoverique cœs, nec cuiquam ostendit juss erit, ne patientia & pertinacia hostis, animi suorum frangerentur. Pro ceras; Dores caras: inde Romani cara mutuati sunt: Sed hæc contra Plinius sunt auctoritatem, fateor. lib. xix. cap. v. Rhaphani genus sylvestre, ceras vocatum ait. Eriannum, inquit, unum sylvestre, Græci agrion vocant, Pontici armon, alii lemen, nostri armoraciam, fronde cōpōsitus, quam corpore. In Manuscripto codice legitur, unum sylvestre Græci cheram vocant. Hanc, inquit Doctiss vir, scripturam testantur veteres omnes libri, sed cheræ nomine offensi, correctores, ne dicam, an depravatores, agrium supposuere. Idem Plinius. lib. xix. cap. viii. nec non olus quoque sylvestre, & Triumphi divi Iulii carminibus præcipue, jocisque militaris celebratum, alternis quippe versibus exprobavere, lapsana se vixisse apud Dyrracium præmiorum parsoniam cavillantes, est autem id cyma sylvestris (Cyma est tenerior & delicatior tum aliarum herbarum, tum præcipue brassicæ, caulinulos, qui in prima generatione, in summa stirpe provenit, vide Plinium lib. xix. cap. viii. & lib. xx. cap. ix. Celsus mali succi est brassica magisque cyma ejus.) Confundit Plinius raphanum napumque cum brassica & lapsana; quam lapsanam potant esse docti viri. Supra lib. viii, antiquissimos Græcos πατεροὺς vocare brassicam. Mediæ ætatis scriptores πατεροὺς sic nuncupasse docuimus, ac diximus Plinius vocum vicinitate deceptum, πατεροὺς ἀγρός five sylvestrem raphanum vocatum fuisse armoraciam, restes sunt Dioscorid. & Palladius Utriusque locum, ac ipsa verba supra cap. iv. lib. vi. examinavi. Alia & diversa à raphano sylvestri est planta armoracia. Rectius vetus lexicon quam Iordanus lib. xvii. cap. x. armoracea, hec est lapsana. Lexicon armoraceam πατερούδη interpretatur; Lapsanam diversam esse ab armoracia etiam ex Columella probatur. Hic lib. ix. cap. iv. Nam vero notæ viliores innumerabiles nascentur herbe, cultisque atque pascuis regionibus, quæ favorum ceras exsuperant, ut vulgares

lapsanae, nec his pretiosior armoracia. Lego ex Dioscoride & Palladio, armoracia. Confudit raphanum cum brassica & lapsana Plinius, quod Dioscorides raphanum sylvestrem folia habere dixit sativo similia, sed quæ ad lapsanam accedant. Lapsanam non fuisse il lam, qua Cæsar usus est, plantam ex Dioscoride probatur, qui haec lib. 2. cap. 142 tradit. Λαμψάνη λάχανος ηὶ εἰς αγρὸν πεφυμάπορη, ηὶ ιντεμαχάπορη ηὶ λαπάνη ηὶ πούλα, ηὶ οὐκαλός ιδεῖται ιφρή. Lampsana sylvestre olus est, quod quidem plus quam lapathum alit, stomacho que est utilius, hujus folia caulesce in cibo coquuntur.

### Lampsana.



Charæ five ceræ radix alimentum Cæsariano militi præbuit, inepta ad hoc lampsanæ radix: Tenuissima enim, lignosa & fibrosa est, uti pictura ostendit, præterquam quod nemo lapsanam, vel raphanum sylvestrem Cera vel Charan vocari tradiderit. Contra pastinacam sylvestrem, sic dictam fuisse Hesychius, Auctior auctor, & Athenæus ex Diphili auctoritate te stantur. Hujus radicem multum alimenti præstare auctor est Dioscorides & Athenæus. σφυλίον Latinis pastinacam dici ex Columella probatur. lib. xi. cap. iv. sum agrestis pastinaca, & ejusdem nominis edomita, quam Græci σφυλίος vocant. Pastinacam & palcedo dictam volunt, quod sponte in agris nascatur, eamque plebs saepissime depascatur; magis arriet, quod pastinum habeat, & idem referat radix (pastinum Columella lib. iii. cap. xviii. esse ait, ferramentum bifurcum, quo semina panguntur & pastinaca vulgaris tale ferramentum unica furca refert: sic & pilicis pastinaca, à tela pastino simili, nomen accepit.) Certe postulat ratio ut pastinaca eodem modo dicatur. Σφυλίον nomen accepit, à radicis scapo, bryoniæ (qua σφυλίον nuncupatur) non ita absimili. Unde ηέρη nomen fortita sit pastinaca docet Apulejus. Alia, inquit, agrestis, quæ appellatur etiam ceras, eo quod cornu singat. Quod experientia comprobat; Perperam vir Doctiss. Plinii loco de ceptus, à capillatis, & fibratis radicibus (quibus lapsana prædicta est, hæc autem caret) nomen impositum scri-

scribit; Ex locis jam citatis, nullum dubium relinquimus, quin codex Theophrasti per quam mendosus haec tenus fuerit, ac nos feliciter eum restituerimus. Pro ceras Dores caras dixerunt. Hinc Romani carotam fixerunt, non à colore radicis, ex atro rubescente, aut succo atriore. Perperam etiam apud Cæstarem chara legitur; Scribendum cara, sine aspiratione. Dauci duo genera novit Theophrastus, quorum alterum radice est crocea sive lutea, alterum, nigra, sive ex atro rubescente. Utrumque hoc capite describit; nisi fortassis cuiquam placuerit trium mentionem fieri, crocei, sylvestris, & nigri. Sed tum legendum, καὶ οὐκέτι ιχανοί, &c. De duabus tantum agere Theophrastum verisimilius est: Dioscorides pastinacæ duo describit genera, tria dauci; diligenter si ad descriptiones secundi & tertii dauci attendamus, compariemus easdem plantas daucam & staphylinon esse: sed hoc vel suspicari nefas, siquidem Galenus duarum pastinacarum, & trium daucorum vires describit; Illud tamen in memoriam revocandum, Galenum quæ habet de facult. medicamentorum ex Dioscoride scripsisse, quod ipse in præfatione fatetur, sed inde pastinacas daucosve plantas easdem concludere nolo. Videamus quæ de dauco & staphylino scribat Dioscorides. De dauco hæc lib. IIII. cap. LXXXIIIT. Οὐδέ ίσι Κερτηκός; μαρεθήτη ίχων τὰ φύλλα ὄμοιοι, μικροπτεροί τοις λεπτοπτεροῖς καπτάσιοι, σκαριδόι, οὔσοις περιλαγών, αἴροντες λευκά. Εἰς τέτοιος ὁ κορμός δριμός, λευκός, δαυούς, εἰς τὴν Διδυμοπεταῖθεν εὐάδης (δριμούς εἰς τὴν Διδυμοπεταῖθεν εὐάδης Catacar. codex) ρίζα δακτύλιος τὸ πάχος, τὸ ίση μετροῦ αποτελεῖται. γανγάται οἱ εἰς περιάδεστο τέτοιος, καὶ ίσηλοις. οἱ δέ τοις αὐτοῖς ίσι σελίνῳ ἀγέλαι τῷ θραύστῳ, ἀφανιστόδης, δριμός, τῇ εὐάδης, γενομένης τῇ περιάδεις. Άλφισις ίση ὁ κρητικός. τὸ ίση τετράτον οὐδὲ περιειπών. Φύλλα ίσαι, τῇ τῷ αἴροντες λευκά. κιφαλή ίση ίχει (Mathiol.

## Daucus Cretensis verus, Lob.



απίστια τῇ κεφαλῇ ὄμοιοι) τῇ περιπολῇ ὄμοιοις αἵδεις ιφ' ίση σκαριδοῖς εἰςφερίσις ταφούτην. απίστια τῇ ιπτυκής πλήρης οὐ κυρίως δριμοῖς. Ας Creticum quidem est foliis foeniculis similitudine, at minoribus, ac tenuioribus, caule dodrantali, um-

bella coriandri, floribus candidis; atque inter hos semine acri, albo, hispido, ac suavis in mandendo odoris. Radix est digitali crassitudine, & dodrantis longitudine: in saxosis apertissime locis provenit. Alterum vero genus est sylvestri apio simile, aroma olenis, acre, odoratum, serventisque gustus, probatus Creticum. Tertium præterea genus est foliis coriandri, floribus, capite, & semine anethi: umbella vero in capite seu pastinaca: semine recta oblonga, seu cumini, acri. Pastinaca idem describit. lib. IIII. cap. LIX. Σαφήναις αχεις φύλλα ίχει σφειρα γεγγισθεισαντα περι τὴν ιστοπεργα. καπτάσιοι ή σερινοί περιχόν, οὐκέτιοις ίχοις άνθη τῷ θραύστῳ, τῷ ίση μετροῦ λευκά, εἰς μετροῦ δέ περιφερεῖς τῷ μετροῦ, & οὔσαι κεραίζονται. ρίζα ίση δακτύλιος τὸ πάχος αποτελεῖται, εὐάδης, ιδιωτική ιφθητή: οἱ ίση περιφερεῖς ταφούτης; ιδιωτική περιφθητή οὐ άρρώστια σφειρα, η αύτη, κατατετραγραφησαντα. Pastinaca sylvestris folia habet gingidiis, at latiora & subamara, caule rectum, scabrum, umbellam similem anethi, in quo flores insunt candidi, ac in medio exiguum quiddam, colore purpureo & fere ad croceum inclinante: radix est digitis crassitudine, dodrantalis, odorata, & si decoquatur esculenta. Hortensis porro pastinaca cibo aptior, ad eadem pollet, attamen viribus inefficacior. In his Dioscoridis verbis, illud consideratione dignum, Daicum tertium capite & semine esse anethi, ac umbellam habere in qua cumini semen oblongum; anethum enim fert semen rotundum, planum, tenui, cumini oblongum est, & acuminatum. Quare transposita verba Dioscoridis putto; alterumque adjungendum secundo dauco. Illud nempe semen ferre oblongum, ac tertium anethi instar. Nisi forte placuerit dauci tertii duo esse genera; alterum anethi, cumini alterum semine. Eadem ferme descriptionem, hujus dauci ac pastinacæ, diligent collatione, ex utraque delineatione colligi potest. Gingidiis folia latiora, non multum à coriandri aperte differunt, easdem tamen esse plantas non ausim dicere. Plinius pastinacæ genera describit duo, Dauci quatuor lib. 19. cap. 5. Ex iis pastinacæ unum genus agreste sponte provenit; staphylinos Græcæ dicitur. Alterum seruitur radice vel semine, primo vere vel autumno, ut Hygino placet Februario, Augusto, Septembri, Octobri, solo quam altissime defosso. Annicula utilis esse incipit, bima utilior, gravior autumno, patinique maximè, & sic quoque virus illæ intratrabile est. Hibiscum à pastinaca gracilitate distat, damnatumque cibis, sed medicinæ utile. Est & quartum genus in eadem similitudine pastinacæ, quam nostri Gallicam vocant, Græci vero dacon. Cujus genera etiam quatuor fecere. Idem Plinius lib. XXV. cap. IX. Dauci genera quatuor fecit Petronius Diodotus, quæ persequi nihil attinet, cum sint differentiae duæ. Probatissimum in Creta (unum tantum Creticum daicum novit Dioscorides ceterique Græci) mox in Achæia, & in siccis ubicunque nati (legendum, probatissimum in Creta natum. in Spartensi Achæia, Theophrastus foeniculi similitudine, candidioribus foliis (tenuioribus Creticum tradit esse Dioscorides, Achaicum Theophrastus, ut mox dicam, estque vulgaris pastinaca tenuifolia) & minoribus hispidoque, caule pedali recto, radice suavissime gustus & odoris. (Dioscorides semen Cretici Dauci in mandendo suavis odoris esse ait, confundit Plinius Achaicum Theophrasti & Creticum Dioscoridis) Hoc in saxosis nascitur meridianis. Reliqua genera ubique nascentur, terrenis solibus limitibusque, nec nisi pinguis solo, foliis coriandri, caule cubitali, capitibus rotundis, sepe pluribus quam ternis, radice lignosa, sed cum inaruere supervacua. Semen hujus cumino simile, prioris milio, album, acre, odoratum, omnibus & fervens. Secundum priore vobementius est, ideoque parce sumi debet. Si jam maxime tertium genus facere libeat, est simile staphylini; quod pastinacam erraticam appellant, semine oblongo, radice dulci. Corrigunt viri Docti, sed jam maxime quartum genus. Idque quod quatuor dauci genera supra lib. XIX. esse dixerit, quod hoc etiam capite confirmat. Sed si bene attendamus, nihil mutandum erit. Ait Plinius, ex Petronii auctoritate, quatuor esse genera, sed hæc sese persequi nolle ait. Addit duas esse differentias, ac quidem probatissimum daicum Creticum, mox Achaicum, cum Achaicum Theophrasti & Cretico Dioscoridis longè diversum sit. Confundit utrumque hoc genus Plinius. Sequitur mox reliqua genera. Ex his generibus, primum semen ferre ait milio simile, acre, odoratum, alterum cumino, oblongum sci- liget. Tertium horum ait simile staphylini. Hic est sensus

verborum Plinii. Dicit dauci radicem, quæ est foliis coriandri, lignosam & cum inaruerit supervacuum esse. Quod unde hauserit Plinius ignoro. Id si verum est, (penes auctorem enim fides) omnino diversum daucum est à pastinaca. *Prioris semen milio simile ait.* Et hoc unde habeat nescio. Dioscorides duo genera coriandri foliis describere videtur. Quorum prius semen ferre ait cumino, alterum anetho simile. An dicemus pro *milio* restituendum anetho. An vero Plinium ad verba liberti non satis attendisse. Porro Creticum daucum folia emittit, primo à satione anno, exilia, inter foeniculum & pastinacam carotam dictam media; ad foeniculi tamen magis accendentia. Alteto anno caulinum promit spithameum, in cuius summittate umbella candida, flosculi anethi, quibus copiosum succedit semen, oblongum ut cumini, sed lanugine albida obductum, gustu acre, odoratum, cuius in medicina usus; Usui etiam radix, quæ pastinaca minor, gustu fervidiore, & odoratior. Floruit apud Baraves in horro Riseri mense Julio, & Augusto. Nata hæc planta ex semine Venetis, dauci Cretici nomine misso, quale quotannis adfertur. Non tantum in Creta daucum hoc reperiri, sed etiam Genuensem in collibus, aliisque locis. scribunt Adversariorum auctores. Daucum secundum Dioscoridis (quam libanotidem primam Theophrasti esse supra diximus, foliis enim coriandri, aut petroselii Macedonici ve-

ra, alterum coriandro. Quare illud tertium sit daucum, hoc secundum. Multum à vero absunt, qui se felici pratense daucum putant tertium. Coriandro enim similia non fert folia. Horum nullum cum Theophrasti Daucum convenit; Quippe cum omnes habeant radicem albam. Sed Theophrasti, quod apud Arcades nascitur, radice constat crocea; & alterum quod in Patrensi agro Achaiae reperitur, radice nigra est. Sic enim legendum. Male etiam capite ultimo hujs libri *sparteni*, legitur. Patra Achaiae, teste Plinio, oppidum est. Stephanus πάτρα πόλις Ἀχαιας δέ τοι περιπολεῖσθαι πατρίδας. ο πολίτης πατρίδας. Idem πάτρη λακωνική χωρὶς δέ τοι μετὰ καθόμενος πατρίδας. Patriens pastinacam, sive Daucum nigrum ait. Corrigunt πατρίδας; Perperam, idque diuibus probatur rationibus, tum quod capite ultimo nigram hanc pastinacam esse repeat, tum quod ex atro rubefcente colore reperiatur. Quæ croceo colore est pastinaca, folia promit saturato colore virentia. Qua de causa dīphoridēs dixit præceptor, ampla, sed in tenuissimis ac minutis multiplicibus sectionibus divisa; ita ut in singulis petiolis, plura coriandri aut gingidii latiora conspiciantur folia: Caulis quando affurgit, rectus est, & rotundus forisque non nihil hirsutus; interior parte cavus, culminantibus in summo umbellis, rotundis, in quibus flosculi parvi albicantes. Succedit semen, non magnum, sed asperum & hirsutum, alioquin magnam cum aniso similitudinem habens: Radix crassa, dodrantalis, lutea, esui grata, ori jucunda, aromaticæ. Plantatione, & felici cura opus habent, non minus atque cæpæ ac brassicæ. Mulierculæ semen, quod dixi hirsutum & asperum, ex iis desumunt umbellis, quæ medium occupant locum (hoc enim optimum est, quod per lineam rectam eo deseratur, optimum & copiosiss. alimentum) deinde delectum jam semen panno laneo egregie confricare, & quasi asperitatem ejus domare consueverunt, existimantes ea ratione rectas, leves, minus nodosas radices reddi, quæ ex hoc semine prodeunt. Admiratione non caret, in medio cujusque umbellæ, purpureum quendam ac capitulatum existere flosculum, magnitudine milii semen, qui cum teritur, magis purpurascit. Maximopere admirandum, in medio tot candidorum floscolorum, unicum duntaxat, & eum purpureum apparere, quasi peculiare quid natura per hoc significare velit. Hujus altera species priori omnibus partibus similis reperitur, radicis colore solum ab eo differt, qui huic non luteus, sed saturato rubore nigrat. Hanc caryotam vocant, creduntque à Germanica voce, *gar root* / nomen accepisse. Errant, à Græcis vocem hanc mutuati sunt Romani. Et hæc duæ pro sativis habentur. Sylvestris tenui folio, pastinacæ folia tenuiter ac varie dissecta sunt, veluti sativarum, sed albidiæ & paulo hirsutiora. Nisi quod aliquando magnitudine pari, aliquando minore sint. Caules similiter hirsuti & asperiusculi, flosculi in latis rotundisque umbellis parvi, albidi, quorum medius saturato colore purpureus est, nonnunquam subniger, croceus non raro. Semen asperum & hirsutum, quo ad maturitatem perveniente, umbella contrahitur: Radix albida, tenuis, simplex; medicis magnitudinis. Fallitur vir magne cum erraticam pastinacam dictam putat, quod capillamenta, & fibras plures à radice emittat, ut erraticum intybum. Capillamenta & fibras caret hæc pastinaca; nec serpendo, sed semine propagatur. Erratica dicitur, quod passim, & ubique ferè reperiatur. Atque hæc tria sunt pastinacæ, sive dauci Theophrasti genera, luteum, nigrum, & sylvestre, quo in summa famis necessitate, exercitus Imperatoris Julii Cæsaris in lacte decocto vitam sustentare coactus fuit. Nisi placuerit, domito ac minus sylvestri milites usos fuisse, quod non sit satis probabile. Non solum hoc sylvestre Daucum dictum est à Diphilo philtron, sed domesticum etiam. Athenæus lib. IX. Στυφυλίον εἶναι φυτόν ὁ Δίφιλον, ικανὸς ἐπειποτές, καὶ ιστόμακος μύοις, θεραπευτικός τι καὶ πινακοτάδης, διατητόν, ἀρεπτόν εἰγνατος, διατητης τοῦ αἴφεδον, διὰ τοῦ ινανοῦ φίλτρον καλέται. Pastinacam Diphilus tradit esse acrem, satis alere, mediocriter juvare stomachum, alvum pollere, inflare, aegre coqui, cicer lotium, satis ad Venerem stimulare, iacoque a nonnullis philtron vocari. Ad hæc dicta, sylvestris usum efficaciorem esse, fatendum est. Dat

*Daucus niger Theophrasti pastinaca  
sativa atro rubens.*



ri, donatur) semen habet in umbellis oblongum, angulosum, foeniculi modo, radix aroma olet, suavis gustanti, superneque comata, mei modo. Alii malunt daucum secundum esse, quod Camerarius Cretici nomine ostendit, multifido hoc longoque est folio, umbella candida, foliis variat. Nam quod in Baldo monte reperitur foliis est brevioribus, compactioribus. quod vero in Helvetiorum Alpibus & monte Wasserfall, longioribus est & rarioribus. Hoc genus nunquam vidi. Quantum ex figura colligere possum, fert postremum apio sylvestri folia simili-